





1653.

1. a. b. Eberhard, dictus Schwind, Johannes Thomas : De notorio
2. Sampl.
2. Faber, Johannes : Tractatus de privilegiis de non appellando.
3. Fied, Johannes Moricus : De causis resicibili et irresicibili.
4. Gants, Johannes Jacobus : De coloribus juris in genere.
5. Kellinghausen, Christophorus : De cautione studentium.
6. Rauscherus, Johannes Christophorus : De querela simulationis.
7. Schully, Mauritius : De instrumento guaranteeato.
8. Stein, Gathopredus Ludovicus : De sepulchro violato.
9. Stilerus, Timotheus : De jure majestatis in genere.
10. Tabor, Joh. Otto : De reputatione fandi.
11. Tabor, Joh. Otto : De deposito.
12. Tabor, Joh. Otto : De in litem jurando.

1653.

13. Taber, Joh. Otto: De reprehensarum crimine.

14. Taber, Joh. Otto: De Fudacis

15. Venediger, Johann Wolfgang: De abrogatione legum.

16. Waltherus, Johann: De jure successione creditum, in
1657) locum anteriorum.

1. Anthemus, Philippus Ludovicus: De arrestatione

2. Hammekeus, Geo: De jurisdictione

3. Handius, Samuel: De subditis imperii a subditis selectis

in genere et in specie de peculiari eorum dem merito
Capitulatione

4. Marbachius, Johann: De advocatia armata

5. Nembromer, Marcus Tobias: De novatibus

6. Schatz, Johann Henricus: De expectatione

7. Trindel, Johann Hieronymus: De bonorum reparacionibus

12



- 1
- 13
- 14
- 15
- 16
- 17
- 18
- 19
- 20
- 21
- 22
- 23
- 24
- 25
- 26
- 27
- 28
- 29
- 30
- 31
- 32
- 33
- 34
- 35
- 36
- 37
- 38
- 39
- 40
- 41
- 42
- 43
- 44
- 45
- 46
- 47
- 48
- 49
- 50
- 51
- 52
- 53
- 54
- 55
- 56
- 57
- 58
- 59
- 60
- 61
- 62
- 63
- 64
- 65
- 66
- 67
- 68
- 69
- 70
- 71
- 72
- 73
- 74
- 75
- 76
- 77
- 78
- 79
- 80
- 81
- 82
- 83
- 84
- 85
- 86
- 87
- 88
- 89
- 90
- 91
- 92
- 93
- 94
- 95
- 96
- 97
- 98
- 99
- 100







DILECTISSIMO ANAGYRALIS

DE

40.

NOTORIO,

IPSA VERITAS PRÆSIDE

In Dignitate & Auctoritate

MAGNIFICI NOBILISSI

MAJESTATIS SÆCULÆ

ALTISSIMÆ

REVERENDISSIMÆ IN CHRISTO

ACADEMIE JURIS

DOCTORUM ET MAGISTRORUM

CONGREGATIONIS

ALTISSIMÆ

ACADEMIE

ALTISSIMÆ

ALTISSIMÆ

ALTISSIMÆ

ALTISSIMÆ

ALTISSIMÆ





IN NOMINE SS. TRINITATIS!
DISPUTATIO IN AV-
GURALIS

De
JURISDICTIONE

Quam
PRÆSIDE

Ipso Omnium Jurisdictionum & Pote-
statum Autore

EX DECRETO

MAGNIFICÆ, NOBILISSIMÆ, ET
Amplissimæ Juridicæ Facultatis, in cele-
bertima & Florentissima Argentoratensium
Universitate

*Pro summis in utroq. Iure Titulis, Honoribus, Privilegiis,
& Immunitatibus*

Publicæ & Solenni Disquisitioni offert & submittit

EDO HANNEKENIUS
Iheverà-Frisius

Die 20. Jul.

ARGENTORATI

Typis JOSIÆ STÆDELI, ACA-
DEMIE TYPOGRAPHI.

Anno M DC LIV.

4f.

19

1654 2.

Disp. xvi.

10

28.

.H

.197-901



CUM BONO DEO
DISCVRSVS DE IVRISDICTIONE

CAPUT I.

De Iurisdictionis Definitione tum Nominali
tum Reali.



Um in omni tractatu omnium primùm significationis verbi debeat haberi ratio, secundum Arist. 3. *Metaphys.* 4. E re erit, priusquam ad interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre. Ulpian. in l. 1. ff. de reb. cred. exemplo ejusdem in l. 1. pr. ff. de test. & jur. Convenientia enim rebus debent esse nomina §. 3. *Inst. de Donat.* ut in l. 2. §. 16. ff. de Orig. jur. quod & innuunt Imppp. in l. 5. C. de Defensor. civit. verb. *nomini sui fungantur officio.* & in l. 1. C. de offic. vicar. ibi. *vicaria dignitas ipso nomine.* & c. Prius igitur agam hoc cap. de juris dictionis Etymologia & *quorundam* & deinde subjungam generalem ejusdem Definitionem.

SECTIO. I.

De Iurisdictionis Denominatione

1. Dicitur iurisdicção à jure dicendo. Hanc notationem probant infiniti textus, inter alios in l. 1. pr. ibi: *jus dicenti b. e. l. 13. ibi: jus dici. l. 18. ibi: jus diceretur. l. f. ibi: jus dicenti. ff. h. t. quam comprobat. Cl. Dn. Obrecht. de iuris d. cap. 1. n. 6.*
2. Dn. Sutholt *Disput. de jurisd. aphor. 102.* Paulò altius hujus appellationis originationem inquirat, eamque ex Sigon. l. 1. de *Judic. c. 7.* deducit ex eo, quod quemadmodum *lege agere* dicebantur, qui *jus suum*, quod legibus aut edictis de singulis controversiis scriptum erat, in jure persequerentur; ita & eos, qui *iura* ea possulantibus reddebant, *jus dicere* esse dictos, facultatemq; jus reddendi *iurisdictionem*; quemadmodum potestas jus suum persequendi *legu actio* vocabatur. Res eodem recidit.
3. Falsa est igitur Gloss. & Bart. in l. 3. h. t. opinio, quò iurisdictionem à jure & ditione, vel publicam, *proem. Inst. s. 1. ibi: ditioni romanae* vel privatam denotante potestatem, l. 2. C. de libere &

A

607.

eor. liber. deducunt. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diff. 3. §. 1. l. A. Hic error
& alium invenit, ut læpiuncule apud eisdem Dd. pro Jurisdictione
jurisdictionem invenias scriptam.

4. Illud certum est, Jurisdictionis verbum apud JCos
bonolve autores nusquam in hac significatione reperiri, uti postea
Cl Obrecht. de Jurisd. c. 1. m. 6. testatur Mäch. Steph. all. loc. m. 11. Ali-
quod tamen forsitan inveniret patrocinium in moderno loquendi
usu, quo jurisdictionis pro territoriali jure quandoq; valet. Et tan-
tum de Etymologia Vocabuli Jurisdictionis.

S. E. C. T. II.

De æquivocatione vocis Jurisd.

1. De vera & juri analogâ significatione major est du-
bitatio; cum voculæ jurisdictionis usus & in jure & ex consue-
tudine nostri prætorumq; seculorum adeo varius sit, adeo
promiscuus, ut ferè nullum sic æquivocum reperiat verbum.
Contextam æquivocationum ejusdem aliquem catalogum, in
quantum proposito, quod, quoad fieri poterit, ad brevitatem col-
limat, non prohibebor.

2. Inter omnes significatus, nostris legibus & naturæ Ju-
risdictionis, quæ ibidem describitur, convenientissimus est, quo
sumitur pro *Stück* seu juris constituti singulis reddendi pote-
state. Ampl. Dn. D. Biccus. *Rer. Quor. Sect. 5. th. 39.* & quidem ea, quæ
jure magistratus competit, quæq; ab imperio & mero & mixto
omnino discernenda est, ut suis locis plenius demonstrabitur. Inq;
hac significatione Romanis scriptoribus semper usurpatam esse in-
fra c. 3. *Sect. 3. n. 7. dicitur.*

3. Postquam autem tempore Caroli Magni facies Reipl.
Romanæ quadatenus mutata est, & qui antea tantum magi-
stratus & præfecti imperiales erant, postea Domini & Principes
earum regionum, quibus præsidebant, esse cœperunt, Vult. de
feud. l. 1. c. 1. n. 14. Scip. Gentil. de Jurisd. lib. 3. c. 23. Jure quidem ab ini-
tio ad hæredes non transmissibili, Carpov. ad Leg. Reg. Germ. c. 1.
§. 12. n. 19. cum in quas ibidè allegat. Consuetudine, sine dubio, à caecis
Germanis deductâ, qui Reges ex nobilitate Duces ex virtute sume-
bant. Tac. de Mor. Germ. c. 7. Postmodum tamen id. immutatum est,
& primò quidem, ut filius in beneficio succederet, postea & ad ne-
potes hoc est productum, & sic deinceps. *tit. de his qui feud. dare
possunt.*

possunt. 1. §. 1. & 2. feud. 1. Carpzov. all. loc. n. 20. quod & adhuc nostris morib. obtinet, ut Principatus hæreditario jure ad posteros transmittantur.

4. Sicuti ergo semper natura novas deproperat edere formas, t. 24. c. 2. vers. *predictu modu*. f. 2. Gloss. ad *præf. Nov. 7.* & multo novare novit, *Consl. Dedit nobis. §. 18. de confirm. digestor.* ita legis generalia lege definiti, & humanæ naturæ incertum lege repleti debet *d. conf. §. 18.* Cum autem legis expressâ sanctione hac in parte destituamur, quippe quæ aliquot ante hanc mutationem retrò seculis à D. Justineano partim collectæ, partim latæ sunt; ultimum igitur nostrum refugium est in consuetudine, *arg. l. 34. ff. de R. I. & si quod hac dere in Recessib. Imperii sancitum est.*

5. Si autem vulgatum consuetudine loquendi modum penitus paululum inspiciamus, obvium fiet, hodie jurisdictionis verbum ita generaliter sumi, ut jurisdictionem in specie sic dictam *supra b. S. n. 2.* ut & merum imperium & mixtum comprehendat. Quæ generalitas vocis jurisdictionis Juri Civili minime est conveniens, ita ut legibus tenebras offundere dicantur ii, qui jurisdictionem genus faciunt meri est mixti imperii. *Sutholt. de Jurisd. aphor. iii. vid. inf. h. c. §. 3. n. 2.* In nostra vernacula exprimitur verbo *Berichte. Ord. Cam. zu Würms de An. 1495. tit. die Untere thanen in ihren ordentlichen Berichten bleiben zu lassen Ord. Cam. part. 2. tit. Von personen und sachen / so nicht dem reiche ohne Mittel sondern andern Berichten unterworfen. & aliu in locis, quorum aliquos collegit Paurm. 1. de Jurisd. c. 1. n. 14. Convenientior videtur verbum Berichtheit. quod est in ead. Ord. Cam. p. 2. s. tit. 5.*

6. Priusquam autem ad definitionem progrediar, non abs re esse arbitror (quod hic promissi, *supra b. S. n. 2.* facti fide me liberem) ut adhuc quasdam alias jurisdictionis significationes in medium proferam, quo magis in ipsa tractatione æquivocationis evitentur, cum exinde in hac materia maxima obscuritatis pars profecta sit. *Baro. variar. quest. 1. fol. 1.*

7. Sumitur itaq; quandoq; vox jurisdictionis per Synecdochen partis pro toto, pro Summa Principis potestate C. J. *A. b. t. 9. 3. n. 1. Matth. Steph. lib. 1. de Jurisd. c. 1. n. 13.* ut in illa Principis apud Senecam: Quæ ruant urbes, quæ orientur, mea est Jurisdictio. vel ut Paulo aliter in eodem trago hæc voce utitur *Jac. Lampad.*

pad. *tr. de Rep. Rom. Germ. initio.* Pro omni potestate regendæ reip. cuius in quoque imperio descriptio, jus publicum dicitur.

8. Simili ferè modo, quoad status imperii nostri sumitur quandoque ingenere pro superioritate territoriali. die *Landesfürstliche Obrigkeit.* quandoque pro singulis ejusdem objecti partibus: ut sunt cura religionis, post pacificationem religiosam; Jus foresti, die *Fürstliche Obrigkeit / Collectationes;* & ut summam dicam, Regalia Statib. communicata jurisdictiones in hac significatione dicuntur. Obiter ad noto; hanc acceptionem voluisse, plerorumque qui de Jurisdictione imperii nostri Romano-Germanici scripserunt, naufragio infames, dum imperium politicum, Regalia & jurisdictionem ita confundunt, quasi cum unà multa jura confundit coquus, ut Planti verba mea faciam.

9. Invenies præterea aliquoties jurisdictionem in jure nostro pro juris statuendi potestate sumtam. ut in §. 1. *de obligat. §. 3. de action. l. 5. pr. ff. de verb. obl. l. 2. §. 10. de O. r.* in qua significatione videtur loqui Cic. 4. in *Verr. An hoc quisquam dubitabit, quin in venalem in Sicilia jurisdictionem habuerit, qui Roma totum Edictum atque omnia decreta vendiderit.* Cui quàm proxime accedit ea significatio, quæ est in l. 13. ff. de Leg.

10. Aliquando Prætoris edictum significat l. 7. ff. b. r. l. 5. §. 2. ibi. *ex forma jurisdictionis ff. ut Legat. Serv. caus. cav. l. 2. ibi: jurisdictionis originem C. de condit. insert.* ubi jurisdictionem pro Edicto rectè interpretatur Gothofr. l. 2. C. de bon. Auth. iud. postid. ibi. *Est jurisdictionis tenor promptissimus, Indemnitateque remedium Edicto Prætoris demonstratum creditoribus hereditarijs.* Sic perpetua jurisdictio in l. 2. C. de Rest. Mil. dicitur pro Edicto perpetuo.

11. Nonnunquam ipsum jus civile. ut in l. 38. *vers. subest ff. de solution.* Subest illa ex jurisdictione pendens questio. §. 1. *Instit. de fideicom. hered.* ibi: paulatim conversum est in assiduam jurisdictionem. in l. 2. ff. fam. hercu. ibi. *imperitia heredum jurisdictionis formam non immutat.* in l. 23. C. ad Scrum vellean. ibi. *antique jurisdictionis retia & difficilimos nodos solventes.* in l. 3. §. 1. ff. de recepr. ibi. *quoniam hac res libera & soluta est, & extra necessitatem jurisdictionis, ut hanc legem Matth. Steph. sepius, all. c. 1. n. 62. explicat, ubi tamen necessitatem jurisdictionis pro jussu prætoris non incommodè quis interpretari posset.* Paurmeist. lib. 1. c. 1. n. 10. huc refert etiam l. 31. ff. ad L. Cornel. de fals.

44.
fals; Ibi: qua ex forma iurisdictionis pati possint. Sutholt. d. Diss. de iurisd. aphor. 118. interpretatur hunc locum pro modicâ coërcitione: quam habet: quilibet: magistratus ad: tuendam: suam: iurisdictionem:.

12. Pro ipso iurisdictionis exercitio sumitur in l. 11. ff. de iur. voc. ubi Iustus moderandam iurisdictionem esse ait; quod fit, ubi prætor vel iudex præter legem aliquid arbitratur ut in casu all. l. 31. & in delictis Extraordinariis t. t. de extraord. crimin. in iudiciis item arbitrariis §. 31. Inst. de act. Sumi videtur in eadem significatione in l. 13. de Leg. & in fin. all. l. 5. §. 1. ut legat. serv. Caus. cav. l. 26. §. 6. ff. ex quibus caus. mai. 25. ann. ibi. iurisdictionem denegaverit.

14. Per metonymiam effectus pro causa significat ipsam sententiam in l. un. §. 1. ff. si quis ius dici. non obl. ibi. extremum in iurisdictione non fecit. per eundem tropum sumitur pro iussu prætoris in §. 2. Inst. de divis. stipulat.

14. Sumitur aliquando pro objecto iurisdictionis, ut sunt personæ, Causæ, res, territorium, ut in l. ff. b. r. l. 18. C. eodem. l. 5. de iudiciis l. 53. de re iudicata & c.

15. Ea quæ alicui specialiter, id est, lege, Scto vel constitutione principis, Sutholt. d. Diss. de iurisd. aphor. 139. per l. 6. §. 2. de tutel. & l. 1. 2. 2. ff. de off. ejus cui mand. est. jur. tribuuntur, quamvis iurisdictionis non sint. Ampl. Dn. D. Bicc. Rer. Quot. Sect. 5. b. 43. tn. quandoq; secundum iurisdictionem fieri dicuntur; ut manifestum est in tutoris datione, quæ licet neq; imperii, neque iurisdictionis sit. d. l. 6. §. 2. ff. de tutel. nihilominus tamen prætor secundum suam iurisdictionem tutorem dare affirmatur, §. 4. Inst. d. at rill. tut. l. 3. ff. de postul. l. 3. §. 5. ff. jud. solvi. C. l. A. lib. 2. r. 1. b. 26.

SECT. III

De definit. iurisdictionis in genere

1. Et tantum de Significationib; vocis iurisdictionis impropriis. Redeo igitur ad eas, quæ ipsi sunt magis propriæ, de quibus supra S. 2. n. 2. & 5. quarum altera est Generalis, ut ibidem dictum est; altera Specialis. Cum autem à Generaliorib; incipiendum sit, ut eo commodior ad Species progressus fiat; idcirco hic definiam iurisdictionem, qua ex moribus nostris Doctorumque usæ est Genus Imperii meri & mixti & iurisdictionis in specie sic dictæ.

A 3

2. Cave

2. Cave tamen (hic moneo & monui supra) ut credas Generale hanc Jurisd. significationem Juri Civ. esse conformem. Doctores quidem veteres eandem legibus statuminare satagunt. sed errant quam maximè C. I. A. lib. 2. r. 1. b. 3. n. 6. Aliquot pro ipsis facientes textus protulit & rejecit Ampl. Dn. D. Bicc. Rer. Quot. Sect. 31. b. 46. & seq. Sutholt. *Disp. de jurisd. aphor. 117. & seqq.* quas hic adscribere & refutare brevitatis, quas mihi posui, Leges non permittunt. Illi hoc me falce levarunt: illuc te remitto. Plura pro hac sententia facientia invenies apud modo nominatum Dn. Sutholt. *aph. 102. & multu seqq.*

3. In hac Gen. significatione definitio: Jurisdicctio est ea pars potestatis politicae, quæ versatur circa justitiæ administrationem, ad hoc, ut suum cuiq; tribuatur & nemo lædatur.

4. Quænam sint illa in genere, in quibus occupetur Politica, de qua dictum, potestas, diversi diversè sentiunt. Aristoteles *Lib. 4. Polit. c. 14.* tres facit omnium Rerum publ. in singulis partes, quibus bene se habentibus necesse sit rempubl. bene sese habere. Harum prima versatur in Publicis Consiliis. Altera in Magistratibus. Tertia in judiciis consistit. Ad partem Consulentem refert auctoritatem de bello & Pace. De societate belli ineunda vel dissolvenda, de legibus ferendis vel abrogandis, de morte, de exiliis, de publicatione bonorum, & rationibus reposcendis. *all. cap. 14. Magistratibus agit. cap. seq. 15. & de Judiciis c. 16. vid. aliter Hugon. Grot. de Jur. Bell. & pacis lib. 1. c. 3. §. 6 Pautmeist. de Jurisd. lib. 1. c. 6. n. 7. Arnise. Doctrin. Polit. c. 11.*

5. Cum verò secundum Aristotelem in omni Rep: duo præcipue consideranda sint tempora. Unum pacis, alterum Belli; quo etiam respexit sacratissimus noster Imp. proëm. *Inst. pr. ibi.* ut utrumq; tempus & bellorum & pacis rectè possit gubernari; Hinc est, Quod summa Resp. tuitio ex stirpe duarum rerum, armorum initio, nimirum.

Duo sunt quibus extulit ingens

Roma caput. virtus belli, & sapientia pacis.

uti quondam cecinit doctissima poëtria, & Romana quasi Sapho Sulpitia. Hanc eandem ob rationem Homerus Heroëm Asteropaum *ὄρεσι δ' ἔργον*, id, est amphidextrum fecit;

6. Se.

6. Secundum duo haec tempora, non mihi abs ratione videtur, ea in quibus politica potestas potissimum exeritur, posse reduci ad haec principaliora duo capita, quorum unum consistit in eo ut regat, alterum ut tegan.

7. Qua regit politica potestas versatur vel circa universalia ut in legibus condendis & abrogandis. Vel circa singularia, eaq; sunt vel Ecclesiastica, quatenus ea magistratur civili subsunt de quibus infra. vel secularia ut in magistratibus creandis, in litibus dirimendis, delictis puniendis, in vectigalibus & similibus. Adjicit hic Grotius *cit. loc.* dominium aliquod eminens quod civitas (hoc nomine politicam potestatem appellat) habet in cives & res civium ad usum publicum. Quod sane cum grano salis (ut & infinita alia, quae habet acutissimus autor in dicto tractatu) intelligendum. *v. l. 14. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. juncto argum. ex l. 13. §. 1. ff. commun. prad. & r. 2. C. pro quibus caus. per. pro prem. lib. acc. Vide omnino Arnisa: de iure Majest. lib. 2. c. 4. n. 8. & 9.*

8. Qua regit politica potestas habet jus belli & pacis & ea quae huc spectant: ubi, Lustrationem, jus habendi delectum, convocandi ad arma. Jus fabricandi & parandi tormenta bellica, jus armandi, muniendi arces. de quibus omnib. vide Reinking. *de regim. sect. & eccles. lib. 1. c. 1. §. c. 6. n. 15. & seqq. Limna: de iur. pub. lib. 4. c. 2. n. 207. & seq. Arnisa: de iure Magistr. lib. 2. c. 5. per tot. Wehner. pract. obs. verbo Folge. Huc referendum quoque jus pangendi faedere, cum plerumq; ob praesens vel futurum bellum inestantur.*

9. His ita praemissis facile constat, quare in definitione jurisdictionis loco generis posuerim, quod sit pars potestatis politicae, & quidem pars omnium nobilissima, tam ratione objecti, quam ratione finis. Objectum quod attinet, versatur circa justitiae administrationem, quae est finis principatus & administrationis. *Dn. Reinking. de Reg. Sect. & Eccl. lib. 2. class. r. c. 1. n. 45. & nobile & notabile simul est edictum Curiae Parisianae quod idem refert lib. 1. c. 4. n. 23. Le seigneur, qui abuse de sa justice, en doit estre prive. Sine hac nihil laudabile in imperii administratione persistit. *Cic. 3. de offic. Est autem quam maxime justitia administranda non incivilibus solum, sed & in criminalibus: Hinc Ludovicus Pius Gall. Rex Cum alicui scelus quoddam condonasset & mox incidisset in v. Psalm. 106. Beati qui faciunt Justitiam, hominem**



nem revocavit, & gratiam irritam fecit. Antimachiavellus lib.
3. b. 7.

10. *Causa finalis Jurisdictionis in eo consistit ut suum
cuique tribuatur, & ut nemo lædatur. Duo sunt hæc ex generalioribus istis juris præceptis de quibus s. 3. Inst. de iustit. & jur. l. 10. ff. eod. Horum prius mixto, posterius mero tutatur imperio. Primum generale Juris præceptum Honestè sc. vivere, cum magis Ethicum seu Philosophicum sit, quam juridicum, Rittershus. ad s. 3. Inst. de iust. & jur. & referatur ad actiones hominis justas & honestas, quantum ad ipsum in se consideratum, attinet. Ampl. Dn. D. Bicc. Res. Quot. pral. b. 28. propriè ad eum non pertinet, qui jurisdictioni præest.*

CAPUT II.

De divisione Jurisdictionis in genere.

1. Dividitur Jurisdictio variis modis à nostris Jctis. quorum Catalogum exhibet Paurmeist. *de Jurisdictione lib. 1. c. 12. per tot.* cui junge Cl. Dn. Obr. *tract. de Jurisd. c. 12. n. 12. & 25.*

2. Cum autem supra mentionem fecerim, me de Jurisdictione acturum, ut, quantum possibile est, & juris nostri & usus moderni habeatur ratio; mihi videtur, vix commodius eam posse dividi, quàm ut dispescatur in civilem & criminalem.

3. Cum hac divisione non disconvenire videtur illa, qua dividitur in superiorem seu altam & inferiorem seu bassam, de qua Post Bart. in l. ult. uti possidet: Ursil. in addition. ad Matth. de off. fisci. decis. 22. n. 8. Tapia de Constit. princ. c. 1. part. 2. num. 25. germanicè Ober und Undergericht. Wesemb. Conf. 95. cui alii mediam addunt. Pet. Creg. Tholof. *Synag. lib. 47. c. 21. n. 10. 11. 12. in die hohe / mittel / bahre und nidrige Obrigkeit Knich. de futtim. terr. jur. c. 1. num. 231. Galli quoque faciunt triplicem jurisdictionem. haute moyenne & basse justice, post alios Sutholt. Disp. de Jurisd. aphor. 110.*

4. Civilis subdividitur in Explicativam & executivam. Hæc dicitur Imperium mixtum. Illa versatur vel circa publica vel circa privata. Publica sunt vel verè vel quasi. huc spectat Jurisdictio Ecclesiastica & feudalis. Privata, ut sunt lites privatorum, circa quas occupata est jurisdictio in specie sic dicta, quæ propriè est illa, quæ describitur in jure Civili.

5. Hæc Jurisdictio in specie est vel voluntaria vel Contentiosa.

46.
tiosa. Quæ iterum subdividitur dupliciter infra *sect. 4. n. 11.*
6. Criminalis jurisdictio consistit item in statuendo &
exequendo Imperatorum imperium in specie dicitur. De singulis
plenius.

CAP. II. SECT. I.

De Jurisdictione Ecclesiasticâ.

1. Jurisdictionis Ecclesiasticæ non una est significatio; in
primis vulgata est ea, cujus fit mentio in *R. I. de Ann. 1555. §. Damit*
auch obberürte beyderseits Religions verwante. ubi sumitur pro eo
jure, quod est circa die Religion / Glauben / Kirchen gebräuchen /
Ordnung / Ceremonien / und bestellung der Ministerien. Verum
evagaretur extra pomeria propositi discursus, si hanc tractandam
sumerem, cum ad Statuum territoriale jus ex pacificatione Reli-
giosa pertineat.

2. Hoc loco agam de ea, quæ consistit in *Smalozova* seu ja-
ris reddendi potestate, quam habet Papa & reliqui Patriarchæ,
Archiepiscopi, Episcopi &c. circa personas Ecclesiasticas cau-
sasque Spirituales. Accursius hanc eandem dicit esse, quæ Epi-
scopalis Audientia, de qua agitur in Codice, quem sequitur Azo,
in sum. Cod. ib.

3. Personæ Ecclesiasticæ si lite pulsandæ sunt, conveniri
debent in Auditorio Episcopali, seu eorum Audientia, *r. t. C. de*
Episc. Aud. olim quidem non ex necessitate. *l. 25. C. de Episc. & Cler.*
Verum ex Jure canonico regulariter omnino coram Judice Ec-
clesiastico conveniendi sunt *c. 10. de iudic. c. 8. 12. & 13. x. de foro comp.*
licet in minoribus ordinibus sint constituti. *c. 2. h. Pd. cod. tit. c.*
clerici 8. de iudic. adeo ut huic Jurisdictioni resistere nequeant.
d. c. 12. §. fin. ubi Gl. in verb. Manifeste.

4. Causæ, quæ ad Jurisdictionem Ecclesiasticam spectant,
sunt vel Civiles vel Criminales. Civiles sunt, si agatur de decimis,
præbendis, dignitatibus, personatibus, canonicatibus, ac bene-
ficiis omnibus Ecclesiasticis, de donis, de vestibus & aliis orna-
mentis Ecclesiæ, & similibus in *clement. dispensosam. de iudic.* Crimi-
nales hæc causæ sunt, quæ concernunt delicta Ecclesiastica; ut
sunt crimen hæresios, schismatis, Apostasiæ, Sacrilegii & similia,
de quibus Lancellott. *in templo iud. lib. 2. c. 5. §. 4.*

B

§. Post

5. Post transactionem Passaviensem & insecutam pacem religioſam, Principes Auguſtanæ confeſſioni adhibere territorialis Jurisdictionis, Knich. *de publ. rer. iur.* 3. n. 159. per ſuos Conſiſtoriales exercent tam ea, quæ ſunt legis Diœceſanæ, quam Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, de quibus vid. *Pauſ. de Jurisd. lib. 1. c. 5. n. 3. & ſeqq.*

6. Conſiſtoriorum Jurisdictioni ſubſunt, non ſolum Paſtores, verbiq; Miniſtri, ſed & artium Præceptores in ſcholis, ut & æditui. Et ut generatim dicam, omnes Eccleſiaſticæ perſonæ. *arg. c. cum conſingat. x. de foro comp.* Si ratione officii, doctrinæ, vitæ & bonorum ad Eccleſiam pertinentium conveniantur. Si verbò ratione proprii patrimonii, Conventionis, Contractus, delicti vel quali in jus vocetur, in Cancellariis ſe ſiſtere tenentur. Clerici enim reſpectu temporalium temporali Jurisdictioni ſubſunt. v. *Gail. 1. obſ. 37. n. 3. & ſeqq. Mynſing 1. obſ. 22. & 4. obſ. 95.*

7. Cæteri non ſubſunt niſi cauſarum Spiritualium ſeu Eccleſiaſticarum intuitu. Inter cauſas Spirituales, quæ ad Conſiſtoria pertinent, præcipuum locum obtinent matrimoniales, quæ & quotidiana obſervantia ſatis teſtatur. Apud Papicolos hujus ratio eſt manifeſta. Sunt enim Cauſæ ſacramentales *c. gaudeamus. de divortii. c. ſin. de Cond. appoſiti. c. omne 27. qu. 2.* quæ coram laico Judge tractari nequeunt. *c. 1. de Conſang. & affin. c. cauſam matrimo. nii. de offic. delegati.* & hac ratione nec in prima, nec in ſecunda inſtantia ad Cameram devolvuntur: *Ord. Cam. part. 1. tit. 9. Gail. 1. obſ. 112. in ſin.* niſi forſan quæſtio ſit de factò, an matrimonium fuerit inter patrem & matrem ejus, qui ſuccedere vult; quæ ad ſeculare judicium pertinet. *Magn. Dn. Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. l. 7. cl. 1. c. 10. n. 21.* alias cauſas vid. *c. 19. n. 26. 27. 28.*

8. An quæſtio: Si ſtatus Auguſtanæ Confeſſionis in cauſis matrimoniis diſcordent, quis eorum futurus ſit Jdex: Anne & illi in quibus Conſiſtorii judicabuntur? quò inclinare videtur Dn. Reink. *all. loc. n. 51.* Vult ejuſ ad l. 1. n. 49. in f. *C. ubi ſen. vel Clariff.* hanc quæſtionem Imperatoris & Statuum deciſione egerit aſſerit, Mihi non videtur incongruum, ad Auſtregas hanc liitem deferre, præcipue cum non indiftinctè ab his ad Cameram appelletur. vid. *Limn. de tur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 90. & ſeqq.*

SECT.

De Jurisdictione & Judicio feudali.

1. Jurisdictio feudalis est notio, de feudo, aut vafallis, feudū intuita competens.

2. Competit hæc Jurisdictio quandoque Domino feudi, quandoque Paribus, nonnunquam Judici Ordinario. Imo datur Casus, quo & Dominus, & Pares Curia simul cognoscunt, quem vid. apud Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 4. n. 29.

3. Domini est Jurisdictio cum inter Pares curia de feudo contentio est. r. 18. F. l. 34 pr. F. 2. Nec interest, an Dominus clericus sit, litigantes laici, Borch. de Feud. cap. 10. num. 25. vel contra. c. verum 7. c. extr. anmissa 6. x. de foro comp. c. ceterum 5. de iudiciis. Quod si inter subinfeudatos Convasallos controversia est, ille, qui utriusque litigantium est proximè superior, cognoscit. Vult. de Feud. lib. 2. cap. 2. n. 11. quod Germaniæ & Galliæ moribus obtinere scribit Rosenhal. de Feud. c. 12. concl. 1. n. 82.

4. Pares Curia tum habent fundatam Jurisdictionem, cum inter Dominum & vafallum contentio est, quæ feudum concernit. tit. 39. §. si inter. tit. 55. in fin. Feud. 2. Inter Imperatorem igitur & Statum, in causa Feudali, non judicat Palatinus (Hodie post pacificationem Osnobrugensem Elector Bavarus. Instr. pacis Casareo Suec. art. 4. §. & primo quidem.) solus, uti Sixtinus de Regal. l. 8. n. 52. arbitratur, cujus argumentis satisfacit Ampl. Dn. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. c. 4. §. 5. n. 16. & seqq. usq. ad fin. Non etiam ipse Imperator, ut quidam sentiunt per §. sententia vers. nobis autem. ibi. inter nos & alium, de Pace Constantia.

5. Et ita juris dicendi potestas in causis feudalibus regulariter non competit Ordinario loci, sunt tamen casus quidam excepti: ut si inter Dominum & vafallum agatur, qui pares non habet. l. 16. Feud. 2. aut habet quidem, sed qui ex rationabili causa sunt suspecti. Borch. de Feud. c. 10. n. 12. vel si actione personali agatur ad feudum non constitutum, sed constituendum. Vult. d. c. 2. n. 36. & aliis quibusdā casib. quos vide apud Vult. d. c. 2. n. 42. Borch. d. c. 10. n. 28. 29. Potest & consuetudine introduci, ne pares sint iudices. Myns. cent. 6. obs. 19. in fin.

6. In Processu feudali secundæ instantiæ, adeundus est
B 2
proxi-

proximè superior feudi iudex. r. 22. §. fin. feud. r. junct. l. 21. ff. de appel-
lat. Vult. l. 2. c. 3. n. 4. qui si non sit, ad ordinarium seu superior em
loci provocatio dirigitur. Steph. all. loc. n. 31.

SECT. III.

De Jurisdictione in specie.

1. Dicitur est superius, partem Curæ summæ in republ.
potestatis, & quidem non minimam, in eo versari, ut lites & con-
troversæ, quæ inter privatos exoriantur, placidè soprantur. In-
dignum autem foret, imperatorias occupationes, singulorum ne-
gotiis ab utilitate mundi advocari. l. 32. pr. C. de Appell. quam fortu-
nam olim expertus est Claudius Imperator, quem è tribunali
discedentem causidici non solum voce revocabant, sed & laci-
nià togæ retenta, interdum pede apprehenso retinebant, ut testa-
tur Suet. in Claud.

2. Hac ratione factum est, ut litibus dijudicandis aliis que
civilibus negotiis in magnis Regnis & rebus publ. præfecti sint
Magistratus; Quod & de Friderico I. innuit Gåntherus in Ligurin-
libr. 8.

*Sed quia tam multis finem dare Curia præfens
Non poterat Causis, placuis satis utile quiddam.
Ingenio pulchrum q̄. Duci, Cunctasq; per Vrbes.
Edoctos in Jure viros, veri q̄. sequaces
Imposuit, medio qui cuncta negotia juris
Limite discuterent.*

3. Hoc Magistratum munus (cum in jure dicendo po-
tissimum consistat) jurisdictio in specie appellatur Cl. Obr. r. de
jurisd. c. 1. d. 16. per l. 1. §. 10. v. an autem ff. de postul. quæ definiti potest.
Jurisdictio est notio Civilium causarum, Jure, Magistratus
Competens.

4. Notionem aptissimè facere mihi videor Jurisdictionis
Genus, utpote proximum per l. 99. pr. de V. S. l. 5. pr. de Re Jud. C. I. A.
hoc r. 9. 6. Est enim notio audiendi, examinandi atq; statuendi po-
testas C. I. A. d. 9. 6. vel ut habet Ampl. Dn. D. Bicc. Rer. Quor. sect. 5. b.
40. Notio est potestas cognoscendi de iis, quæ circa Justitiæ ad-
ministratorem versantur.

s. Hinc

5. Hinc patet non benè definire eos, qui per potestatem jurisdictionem definiunt; (quod tamen quam plurimi fecere, sequitur Accurs. & Bart. ad l. 1. ff. h. t. inter alios Paurm. l. c. 7. num. 1. ubi eam Jurisdictionis proximum genus erroneè autumat. In eadem opinione est Bäch. ad Tr. Vol. 1. Diss. 3. §. 1. lit. E. quem sequitur D. Sutholt. de Jurisd. aphor. 173.) cum secundum Aristot. Top. c. 4. Definitio constare debeat Genere proximo; ex modo autem dictis planum fit, potestatem non esse Jurisdictionis proximum genus, sed adhuc esse aliquod intermedium, nimirum notionem.

6. Loco obiecti in definitione posui Causas civiles, seu negotia civilia; quæ secundum Seip. Gentil. l. 1. Jurud. c. 18 partim in litib. & controversiis consistunt; partim in talibus causis, quæ inter volentes, absque ulla controversia imperio Magistratus efficiuntur. Illa dicuntur Jurisdictionis contentiosæ, quatenus iudicium in invitum redditur. l. 83. de v. O. Hæc Jurisdictionis sunt voluntariæ; de quibus infra.

7. Eo modo cognitioni criminum, quæ apud Romanos quæstio dicebatur, contradistinguitur. Quod & ipsum Cic. fecisse, patet ex ipsius Oratione pro L. Muræna: ubi inquit. *Hujus fors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus. Jhs Dicendi, in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aquirari largitio. & deinde: Que tua fors? tristis, atrox. Quæstio peculatus, ex altera parte lachrymarum & squaloris, ex altera plena Catenarum atq; Iudicum.* Hoc innuit Cic. L. Muræna obvenisse præturam urbanam; Servio Sulp. eam ut de crimine peculatus quæreret. Cum hac significatione facit & illud quod est apud eundem 3. in Verr. lex est, pena est, quid ad eum, qui jus dicit.

8. Hæc genuina & propria Jurisdic. significatio & antiquioribus quibusdam lctis subolevit, uti Corali ad Rubr. h. t. n. 9. & in l. 1. eod. n. 13. Charond. de Jurisdic. & Imperio: num. 11. v. fæteor. imò Eguin: Baro quodam in loco, illud igitur inquit ostendere operæ pretium est, Jurisdictionem apud Scripatores Latinos pro eâ, qua de privatis rebus & civilib. ius dicitur, simpliciter dicit, exclusâ rerum capitalium cognitione. Cui sententiæ probandæ, multa loca ex Cicer. adducit.

9. Loquor autem hîc de Jurisdictione strictè & specialiter sumtâ; in latitissimâ namque significatione etiam ad causas criminales referri, infra ex Clariss. Obr. c. 1. n. 8. & seqq. dicitur

10. Quod dictum est: jure Magistratus competens; id ipsum.

B 3

ipsum differentiam specificam denotat. Continetur ea in l. 1. pr. ff. de off. eius cui mand. est. iur. Ex qua Ampl. Dn. D. Bicc. sepim. all. Sect. 5. §. 43. hoc deducit theorema: quæcumq; iure Magistratus non competunt & mandari non possunt, ea nec jurisdictionis sunt, & contrà.

11. Hac differentia Jurisdictio ab aliis negotiis, quæ non nihil confinia sunt, discernitur: Veluti 1. à notione Pedaneorum iudicum 2. ab Exercitio mandatae jurisdictionis, 3. ab iis quæ quidem ad officium iudicantis pertinere dicuntur, sed tamen specialiter competunt 4. ab Exercitio publici iudicii 5. ab illa notione, quando Imp. jus dicebant. De singulis ordine.

12. Quod attinet notionem Pedaneor: Iudicum, qui à Magistratu dabantur ad facti cognitionem, ipsos Jurisdictione adeoq; cognitione de quæstione Juris fuisse destitutos, constat per l. 5. de Re. iud. & imprimis l. ult. C. ubi & apud quem. cogn. rest. in regr.

13. Verum eandem illis tribuere videntur l. ult. C. de pedan. iud. l. 15. C. de test. ad quas Respondet C. l. A. h. t. §. 19. & ex eo Ampl. Dn. D. Bicc. Rer. Quod. all. loc. §. 41. lit. X. quod illa loca accipienda sint de audientia suscepta ex iussu magistratus, qui eos in singulis Causis iudices dedit; non ex proprio aliquo iure sibi competente. Ex Magistratus enim iussu iudices dari possunt ea, quæ possunt, unde & in quibusdam Magistratus iussu opus habent, veluti cum in falsos testes animadvertere volunt d. l. 15. C. de testib.

14. Secundò Cum ille, qui mandata exercet iurisdictionem, eandem non iure Magistratus vel iure suo exerceat, sed eius, qui mandavit, iurisdictione utatur, l. 1. §. 1. ff. de off. eius cui mand. iur. inde dicendum est, proprie eum non posse dici, habere Jurisdictionem: & divisionem iurisdictionis in propriam & mandatam non esse generis in species, sed æquivoci in æquivocata; ut infra plenius dicetur.

15. Quod dixi, tertio, ea quæ specialiter alicui tribuuntur, ut in d. l. 1. pr. quamvis ad officium ius dicentis pertinere dicantur, per l. 1. ff. h. t. nec peragi possint nisi à ius dicente, & secundum iurisdictionem arg. §. 4. l. 1. de arr. iur. non tamen esse Jurisdictionis, id patet ex exemplo d. l. 1. h. t. iuncta l. 6. §. 2. de rui. cl. Id quod dilucidè ostendit Ampl. Dn. D. Bicc. all. loc. §. 42. 43. & 44. cum adiectis additionibus

16. Quid

16. Quid autem sit specialiter tribui in d. l. Dd. diversimodè opinantur. Accursius *ibidem* verbo *specialiter*. illud intelligit, quod expressè & in privilegium maioribus Magistratibus tribuitur. quod tamen falsum esse mihi exinde videtur, quod quædam sint quæ specialiter minoribus Magistratibus dantur, quæ tamen maioribus quandoque non competunt. *pr. Inst. de Attil. cur.*

17. Vaconius à *Vac. lib. 6. declar. cap. 79. n. 7.* ea, inquit, specialiter tribuuntur, de quibus per se & in individuo lex, vel Senatus consultum, vel constitutio est facta. Quod & ipsum ni dextrè intelligatur, vix est ut vitio careat. Quando enim lex Julia & Titia, Præsidibus provinciarum tutoris dationem permittit, huic vel illi in individuo hoc concessisse nullibi legitur, & tamen illi specialiter competere dicitur. *arg. l. 6. §. 2. ff. de tutel.*

18. Mihi quidem ex doctrinâ appositorum rem dilucidè explicari posse videtur, (quod & ipsum facit Jctus, in hac ipsa d. l. *1. de off. ej. cui.*) ita: quæcunque competunt Magistratui, quæ & quatenus Magistratus est (voce quatenus reduplicativè, non specificativè sumta) ea dicuntur iure Magistratus competere. Et contrà: Quæcunque non iure Magistratus Magistratui vel extra Magistratum alteri cuidam speciali vel lege (non dubito sub voce legis & Plebiscta post leg. Hortensiam hinc posse intelligi) vel Senato, vel constitutione principū, conceduntur ea specialiter tributa dici, quorum quotnam sint species, inferius, ubi de mandatâ Jurisd. agetur, aptiore loco tractabitur.

19. Ex modò dictis constat, malè Bartolum in l. *1. de off. proconf.* confectioem instrumenti publici ad voluntariam referre iurisdictionem. Notarius etenim dum Instrumentum conficit, utitur potestate quadam à Maiestate sibi specialiter concessa, & proinde Jurisdictionem exercere minimè dici potest.

20. Ex eodem fundamento non erubesco obniti D. Steph. qui *tr. de Iuris d. l. 2. p. v. c. 6. memb. 1. n. 11.* Comitibus Palatinis voluntariam adserit iurisdictionem, quam vis ipse d. l. n. 27. negare non possit, eosdem personalia habere privilegia, quæ effectus eadem sunt cum his, quæ specialiter à summa potestate concessa, quæ ut l. i. c. 18. n. 2. & 25. ex sæpius d. l. 1. *pr. de off. ei. & c.* ipse diffideri nequit, mandari non possunt. Jam verò quæ specialiter competunt, & quæ mandari nequeunt, iurisdictionis non esse, patet ex *l. supra 10. & 15.* & per consequens Comites Palatini quætales, non possunt

31
sunt dici vel voluntariam vel contentiosam exercere iurisdictionem.
Propero ad alia.

21. Quartò, quod dictum est supra n. 7. huius sectionis Criminalia iudicia non pertinere ad iurisdictionem in specie sic dictam, id ipsum hoc loco ingeminare lubet, argumento ut ibidem ab obiecto, ita hinc à causa formali desumpto. Formam etenim iurisdictionis consistere in eo, ut iure Magistratus competat, ex multoties alleg. l. 1. pr. ff. de off. ei. &c. constat. Jam verò exercitio publici iudicii lege vel SCro delegatur, ut modo alleg. l. 1. loquitur; Sequitur inde quod eadem non sit propriè iurisdictionis. Adde argumentum firmissimum quod habet Ampl. Dn. D. Bicc. *Res. Quot. Sect. 5. d. 43. lit. y. infim. C. l. A. lib. 1. c. 21. d. 5.*

22. Quintò. antequam ad divisionem progrediar, non possum sicco, quod dicitur, pede præterire illam quæstionem, quæ quæritur: Utrum Imperator vel aliàs summa in Rep. Maiestas habeat iurisdictionem? Hoc de iurisdictione in specie, de qua hoc loco, absolutè negandum statuo. Huius enim indubitata & specificæ notæ sunt, Magistratum esse & iure Magistratus competere, ut id ipsum ex supra dictis constat, quod in Imperatorem propriè non quadrat.

23. Non me jatet, ab Alvarott. Baldo & DD. *in c. 1. tit. quæ dicatur Dux, Marchio &c. 10. F. 2.* Imperatorem summum Magistratum appellari. Sic Baldus *in l. 1. de off. ei. cui mand. &c.* quinque facit Magistratum ordines, & inter super illustres collocat quoq; Imperatorem & Papam. Imò *in l. 2. §. 14. ff. de Orig. iur.* Reges Rom. inter Magistratus referuntur.

24. Respondeo alleg. DD. & Pomponium *in d. l. 2. §. 14.* non loqui in propria Magistratus significatione, quod & sensibile videtur *in d. l. 1. de off. eius &c.* ubi Papam & Imperatorem ait esse super omnes gradus, sicut etiam supra omnia iura, & esse fontes ex quibus Magistratus tanquam rivuli descendunt. Hoc est quod Imperator Tiberius apud Tac. 3. *Annal.* mihi autem, ait, neque honestum silere, neque proloqui expeditum, qui non ædilis, aut prætoris aut Consulibus partes iustineo; Maius aliquid & excelsius à principe postulat.

25. Citra ultiores anfractus rem facillimè expediri posse arbitror. Omnia Magistratum munera originem suam debent Maiestati seu supremæ in qualibet rep. potestati veluti Imperatori in

ri in Imperio. Hinc est quod Baldus. *in cap. unic. de pat. ren. inter sub. & jur. firm. 53. feud. 2.* Imperatorem vocat fontem & originem omnium dignitatum.

26. Originetenus igitur, & (ut DD. in simili ferè de usufructu loquuntur) causaliter est penes Imperatorem Magistratus, & per consequentiam jurisdictio. Formaliter autem jurisdictio est apud Magistratus proprie sic dictos. Simili ratione usufructus non dicitur esse apud dominum, cum res sua nemini seruiat. *l. 26. ff. de ser. pred. urban.* potest tamen Dominus eum alteri cedere. *l. 63. de usufr.*

27. Obstat adhuc argumentum aliquod, deductum ex loco Notationum. Nimirum de Imperatore in multis locis dicitur, quod jus dixerit, uti de Augusto Sueton. *in Aug. c. 33.* de Claudio Suet. *in Claud. c. 14. 24.* de Nerone. Suet. *in Ner. c. 15.* de Galba Suet. *in Galb. c. 7.* ergo & jurisdictio de illo dicitur. Cui enim convenit notatio nominis ei & nomen convenit.

28. Respondeo cum Clariss. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Disp. 3. §. 1. lit. A.* Argumentum à verbo ad verbale non satis firmum videtur: quomodo transigere, agere, pacisci, latius in usu juris patere animadvertuntur, quam transactio, actio pactum.

29. Illud igitur negari non potest, Imperatores sæpius jus dixisse (non tam ut justitiæ consulere, sed ut hac ratione populi favorem emererentur, ipsiusque libertati in sidias struerent, & ut ait Tacit. *l. 1. Annal.* dum veritati consulitur, libertas corrumpitur.) sed formale jurisdictionis, quod (ut sæpius reiteratum) est Magistratum esse, & Magistratus jure competere, de Imperatoribus propriè dici non posse *supra num. 21.* satis probatum esse arbitror.

30. Quæ hæcenus de Imperatorum Jurisdictione dicta sunt, ea de jurisdictione in specie, & ex jure civili vera esse autumo. De jure consuetudinario & ex jure Novellarum imperii Rom. Germ. ipsis quandam competere jurisdictionem, infra speciali tractatu manifestum reddetur.

SECT. IIII.

De divisione jurisdictionis in specie.

1. Sectione præcedenti pro instituti ratione locuti sumus

C

de Ju.

de Jurisd. in specie. hoc loco de eisdem divisione agendum, & quidem protinus ne pagina & tempore abutar, accelero ad eam, quæ Juri Justineano magis videtur conveniens.

2. Ex eo Jure, ni fallor, princeps & præcipua est ea, quæ in voluntariam & Contentiosam dispelcitur in l. 2. pr. ff. de off. procons. licet Bart. in l. 3. h. t. n. ult. eandem rejiceat quasi non sit hujus loci, cum hic tractetur de jurisdictione. respectu judicis, utraq; vero dicatur respectu partium.

De Jurisdictione Voluntaria.

3. Voluntaria est notio civilium Casuarum, quæ voluntate alterius exercetur, imperium conjunctum habens. Obr. diff. de Jurisd. h. 109. & ex eo Ampl. Dh. D. Bicc. Rer. Quor. d. l. h. 45. lit. B.

4. Hujus in jure, quantum ego quidem scio, non amplius quam tres reperiuntur species, quæ huc verè referri queant, quæ sunt in d. l. 2. pr. de off. procons. junct. l. 4. de adopt. Adoptio, emancipatio, & manumissio, & quidem ea, quæ fit vindictâ. Reliqui manumittendi modi uti sunt in testamento, per epistolam &c. utpote actus privatorum sine interventione Magistratus, huc non spectant.

5. Doctores quidem plures habent voluntariæ Jurisdictionis species, verum anne probè huc quadrent ipsi videant.

6. Legitimationem equidem & instrumenti publici confectionem, huc referrem, verum quantum ad illam nullum omnino video casum, quo Jurisdictionis esse possit dici. Ea quæ fit rescripto principis est de regalibus DD. in c. un. quæ sint regalia. Quæ fit per oblationem curiæ, Jurisdictionis esse non potest, cum Curiales non habuerint Jurisdictionem uti probat Dh. Suth. de Jur. apbor. 223. & cum legi potius quam Curialibus ista legitimitio accepta sit ferenda. Ea tandem quæ fit per subsequens matrimonium non auctoritate Magistratus sed consensu privatorum solo efficitur.

7. Quod attinet confectionem Instrumenti publici si fiat per Notarium non potest esse Jurisd. cum supra bi. c. 2. §. 3. n. 19. probatum sit Notarios nullam habere Jurisd. Quod in Iudicio fit, de eo possit dubitari, veruntamen cum nullibi in legibus ita appelletur nec in eo ulla vel cognitio versetur vel ullum jus dicatur, pro negante concludendum arbitror.

8. Donationis ejus quæ 500. solidos excedit, in sinuatio
huc item referenda non est, cum non magis circa eam jurisdic-
tio aliqua aut Magistratus imperium versetur, quam si debitor, cre-
ditori moroso oblatam pecuniam, in judicio deponat. Seip. Gen-
til. l. 1. de jurisd. c. 20.

9. Cum item datio tutoris specialiter competat eam huc
proprie non pertinere constabit ex iis quæ supra Sect. præc. n. 15. &
seqq. adduxi. Tandem de Jurisd. voluntaria.

De Jurisdictione Contentiosa.

10. Jurisdicção contentiosa est notio civilium Casuarum,
quæ ad versus invitum exercetur, imperium conjunctum habens.
Dn. Obrecht. d. disp. de Jurisd. §. 107. & ex eo Ampl. Dn. D. Bicc-
all. loc.

11. Hæc rursus dupliciter distinguitur. Primò: in propriam,
mandatam, & prorogatam. Secundò in Solitariam concurren-
tem, & Sociam sive communem.

12. Prior ista divisio in Propriam & mandatam, non est
quidem generis in species oppositas, uti & supra dictum est, &
constat ex Cyn. in l. 3. h. t. n. 11. & Bart. num. ult. delegatus enim nul-
lam habet propriam Jurisd. sed exercitium alienæ. ut air. Cyn. all.
loco. cum tamen l. 1. §. 1. de off. ej. cui mand. jurisdicção dicatur trans-
ferri. & in d. §. 1. & l. 2. & fin. eod. expresse vocetur Jurisdicção, eam
non rejiciendam arbitror, præcipue cum non nunquam hæc man-
data Jurisdicção, propria dicatur Jurisdicção. ut l. 4. eod. junct. l. 3. de
off. procons.

De Jurisdictione propria.

13. Propria Jurisdicção est, quam quis jure Magistratus
habet, l. 1. pr. de off. ej. & c. & jure suo l. §. b. t. residente in sua ipsius
personâ, non in alienâ, ut loquitur Cyn. ad d. l. §. num. 6. & hæc est ea,
quam supra hoc cap. Sect. 3. num. 3. definivimus.

14. Quomodo autem intelligendam sit, quod legatus
proconsulis propriam habere dicatur jurisdictionem. l. 4. de offic.
ejus. l. 13. de off. procons. & tamen eandem exercere ex proconsulis
mandato, nec aliter. d. l. 17. & l. 12. eod. l. 1. §. 4. de susp. ruc. non nihil
obscurum est. Iejuna est Accutl. ad d. l. 4. explicatio quasi legatus
nihil habeat proprium, scilicet proconsulis, qui mandat. Mihi
videtur non incommodè posse dici, illum verè propriam habere



Jurisd. utpote qui eandem per se & immediatè habet à Senatu qui eum proconsuli veluti adiutorem dedit. Ejus tamen exercitium non habet nisi ex mandato proconsulis. ita, ut respectu actus primi seu essentia, propria; respectu actus secundi seu existentia, demandata Jurisd. dici possit.

15. Præterea propria nonnunquam Jurisdictione utuntur, qui vices alterius sustinent, ut est præfectus prætorio, qui vice sacrâ judicat. l. 1. C. de off. vicar. & Vicarius qui vice Præfecti ex mand. princ. judicat, l. 1. §. 4. de legat. 3. & d. l. 1. & nihilominus propriam habet Jurisdictionem. C. I. A. l. 1. tit. 17. §. 6.

De Jurisdictione Mandata.

16. Mandata Jurisdictio (quam canones delegatam vocant) est exercitium jurisdictionis alienæ sive totius sive partis. l. 15. & 17. h. r. quod quis habet beneficio alieno. l. 5. ff. h. r. l. 4. §. 1. de offic. ejus & c. Beneficio sc. ejus, quicam habet formaliter (quod supra Sect. præc. n. 17. explicatum est.) unde faciliè poterit responderi ad objectionem quam facit Glossa in d. l. 5.

17. Ut intelligatur quæ causæ mandari possint, quæ verè non, rem omnem unica regula includam, quæ est apud Ampl. Dn. D. Bicc. Ker. Quæ. d. l. §. 43. lit. ij. Sola ea, quæ jure Magistratus competunt possunt mandari, ex l. 1. pr. & §. 1. de off. ej.

18. Hæc regula compendiosè duas has continet propositiones. Prima est: Quæcunque Jure Magistratus competunt mandari possunt. Altera. Quæcunque specialiter vel lege vel Scto. vel Constitutione principis tribuuntur, ea mandari non possunt, nec mandata jurisdictione, pertinent ad mandatarii officium nisi lege permissum sit ut eorum quid mandetur C. I. A. l. 1. tit. 21. §. 5. videamus prius de iis, quæ mandari nequeunt, & sic faciliè ea, quæ mandari possunt, intelliguntur arg. pr. Inst. de hi qui sui vel al. iuris sunt.

19. Quid sit specialiter tribui supra hoc c. 2. Sect. 3. n. 16. & seqq. indicatum est: Superest ut cum potero succinctè referam causas quæ specialiter tribuuntur.

20. Franciscus Claper. concl. ult. eas distribuit in sex classes, quas refert, examinat, & rejicit Dn. Sutholt. Disp. de iurisd. apbor. 143. & seqq. usq. ad 155. & deinde apbor. 156. omnes causas quæ non jure Magistratus sed specialiter competunt in duplici ponit differentia

rentia quarum quædam paræ absolute & simpliciter quædam mixtæ & secundum quid tales.

21. Ad puras quæ nulli Magistratui jure Magistratus competunt, cum eadem refero tutoris dationem. l. 6. §. 2. ff. de tutel. is tamen cui mandata est Jurisdictio generalis, de suspectis tutoribus cognoscere potest. l. 4. pr. de offic. et. cui mand. l. v. d. 4. de susp. tut. C. l. A. lib. i. tit. 2. l. 9. 2. & sic ista cognitio huc referenda non est.

22. Huc pertinet item Decretum de rebus minorum alienandis, quod specialiter Præfidi & Prætori datum est SCTo, l. 2. §. lxx. ff. de reb. Eor. qui sub tut. junct. l. 2. §. 1. de offic. eius cui mand. Item potestas cognoscendi de alimentis testamento relictis, quorum transactio, non est rata nisi prætorè & in provinciis Præfide auctore. l. 8. pr. §. 1. & 18. ff. de transactio.

23. Non Excludendum hæc. Exercitium publici judicii quod lege vel SCTo, vel constitutione principis tribuitur nec mandari potest, nisi in casu absentia, l. 1. pr. v. & ideo. ff. de offic. ejus. item cognitio si dominus à familia occisus esse dicatur, quæ SCTo Syllaniano prætori nominatim est concessa. l. 1. ff. de SCTo Syll. junct. a. d. l. 1. de off. ej.

24. Illæ causæ quas mixtas supra nominavi, sunt eæ, quæ majoribus & urbanis Magistrat. competunt, quatenus Magistratus sunt; minoribus & provincialibus vero non aliter quam si nominatim ipsis permittantur, ut est potestas dandi Judicem pedaneum quæ Romæ jurisdictionis est. l. 3. ff. b. r. in provinciis vero, lege vel SCTo, vel Constitutione competere videtur l. 12. §. 1. ff. de iudic.

25. Ejusdem census esse dici possunt actus voluntariæ jurisdictionis, seu legis actiones, quæ urbanis Magistratibus jure Magistratus tribuantur, l. 4. ff. de adopr. provincialibus verò uti legato procons. per l. 2. & 3. de offic. proc. & leg. præfecto Aegypti. arg. l. 2. ff. de manum. vind. juridico Alexandria. p. l. 1. de off. lur. Alex. non competunt nisi lege vel aliâ specialiter.

26. Sunt præterea nonnulla quæ specialiter tribuuntur nec mandari possunt, quæ brevitatis ergo non adscribam, vid. C. l. A. lib. i. tit. 2. l. 5. & 6. In transitu adnoto, quod etsi actus voluntariæ Jurisdictionis seu legis actiones, uti jam jam dictum est, nunquam jure Magistratus competant, probabilius tamen sit eas mandari non posse arg. l. 123. de R. l. & l. 2. §. 1. l. 3. de off. proc. & leg.

C 33

17. Ex.

27. Ex supra num. 17. allegata regula est quoque, quod mandari possit: ut bonorum possessio detur; vel si cui damni infecti non caveatur, ut is possidere jubeatur; aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum servandorum causa in possessionem mittatur, l. 4. §. 1. de off. ej. cui mand.

28. Effectus mandatæ jurisdictionis est, ut simul etiam Imperium quod cum ea coheret transeat l. 1. §. 1. l. f. §. 1. de offic. ejus & c.

29. Is quoque cui mandata est jurisdictio, pro tribunali etiam cognoscit. l. 1. §. 11. ad. Serum Turpill. junct. l. 4. pr. de off. ej. non tamen insignibus Magistratus, neque licitoribus propriis & perpetuis uti potest. V. Scip. Gentil. 2. de Jurisd. 23.

30. Consilium tamen exercere non potest l. 2. pr. de off. ei. nisi mandatis iis Causis, quæ sine consilio expediri non possunt. ut restitutio in integrum: l. ult. C. ubi & ap. quem vest. in integr. suspecti cognitio l. 4. pr. de offic. ejus & c. l. 1. §. 4. de susp. tut.

31. Neq; mandatam jurisdictionem alteri mandare potest l. fin. pr. de off. ejus & c. l. 5. h. r. quamvis pedaneum Judicem dare possit l. 12. ff. de ludic. Bachov. ad Treutl. h. disp. 0. 2. lit. c. ubi rationem subnectit.

De Jurisdictione prorogata.

32. Hactenus de Jurisdictione propriâ & mandata, superest ut de prorogata agamus. Est autem prorogatio Jurisdictionis judicii, certis limitibus circumscriptâ, ad alios spontanea litigatorum extensio. Paurmeist. de Jurisd. 25. n. 2. pr. 1. d. de lud. & c. P. & G. X. de off. lud. de. leg. (Ego hac verba ad alios omittenda arbitror, cum aut otiosa sint aut vitiosa.)

33. Privatorum verò consensus Judicem non facit eum, qui nulli præest Judicio, l. 3. C. h. r. non entis enim nullæ sunt qualitates, sed requiritur ut jam ante Magistratus sit & judicandi potestatem habeat. l. 1. C. h. r.

34. In prorogando omnino ut consentiant prorogantes l. 14 & seq. ff. h. r. l. 1. C. eod. vel expressè ut l. 14. h. r. vel tacitè Paurm. l. 1. de Jurisd. 25. n. 4. & quidem uterque ita ut alterius etiam solius actoris error noceat. Az. sum. C. h. r. n. 9. Silicet in l. 1. C. eod. n. 8. adeo ut judicium nullum sit non tantum quoad errantem, sed etiam quoad scientem. Jason. in l. 15. h. r.

35. Con-

35. Consensisse autem videntur, qui sciunt & consentiunt: *l. 2. ff. de iudic.* Scientia excludit errorem, sive is circa personam Prætoris sit, ut cum alius pro alio aditur *d. l. 2. de iud. l. 15. ff. b. r.* sive circa ipsos litigantes, vel etiam res in iudicium deductas, uti si putent ejus esse jurisd. cuius non est. *d. l. 3. pr.* Consensus, metum, itaque si quis vitibus prætoræ compulsus est nulla est Jurisdicção *d. l. 2. pr.* non nunquam tamen aliquis invitus prorogat, ut sit in conventionem. *l. 11. §. 1. b. r.*

36. Illud non interest: Major vel æqualis sit, qui se Jurisdictioni alterius subicit *l. 14. ff. b. r. quod Gl. in b. l. 14.* rectè restringit ad Jurisdictionem Contentiosam; arg. *d. l. 14.* Cum enim actus voluntariæ Jurisdictionis seu actus legis expediri nequeant, *l. 25. §. 1. de adopt.* magna deminutio Mæjestatis foret; si consul ad consulem aut Prætozem veniret *Govæan. eod. d. l. 14. b. r.*

37. Cum ita consensus est; non tamen protinus dicenda est Jurisdicção prorogata, sed requiritur amplius ut partes in eadem mente persistant & Judicem adæant; antea enim pœnitentiæ locus est, *l. 18. ff. b. r.* nisi quis pacto contractui adjecto ab initio renunciaverit foro suo, seq; alienæ jurisdictioni subjecerit. *l. 29. pr. C. de pact. l. 19. §. 2. de iudic. l. 21. de obl. & act. l. 51. de Episc. & Cleric. C. I. A. l. 2. r. l. 3. 40.*

38. An in causis meri imperii prorogatio locum inveniat, dubium habet. Ex ratione juris illud defendi non posse existimant Vult. *in l. 1. C. b. r. n. 155.* Boc. *de iurisd. c. 7. n. 22.* Gail. *verò de par. pub. c. 12. n. 10.* Contractum communj sententia niti adserit, quod & rationibus juris statumari posse arbitratur *Gl. in d. l. 1. C. b. r. Bart. in l. 1. de iudic. n. 9.* Subscribit Cl. Bächov. *ad Tr. v. n. D. 3. 3. 7. lit. E.* quoad prorogationem de personâ in personam non verò de causâ in causam.

39. Huius distinctionis occasione moveor annectere Prorogationum modos. Quorum Azo *summa C. A. 1. n. 2. & seqq. Gl. in l. 2. §. de iudic. verb. inhibita & Hostiensis summ. X. de officio jud. del.* tres faciunt, 1. de Persona in Personam 2. de Causa in Causam, 3. de tempore ad tempus. Alii adjiciunt: 4. de loco ad locum.

40. Prorogatio de persona in personam fit, quando partes se subiciunt Jurisdictioni alterius *ut in l. 1. de iudic. l. 18. ff. b. r. l. 1. C. eod.* quæ limitanda est, ut in Jurisdictione ordinaria tantum procedat, non in delegata. *c. pen. ibi Gl. de off. jud. deleg.* rationem vide apud Matth. Steph. *l. de iurisd. 2. 1. n. 22.*

41. Pro-



41. Prorogatio de re ad rem, seu de causa ad causam fit, cum Jurisdictio quæ ad certam quantitatem restricta est, extenditur ex consensu partium ad Majorem summam. *us in l. 74. §. 1. de iud. l. 28. ad Municip. Hæc prorogatio debet fieri ad ea, quæ sunt ejusdem speciei Bart. in d. l. 28. ad Municip. vel ut loquitur Paum. 1. de iur. 25. n. 37. debet fieri in his quæ sunt ejusdem naturæ & formæ. quod *ibid. n. seqq.* pluribus comprobatur.*

42. Reliquos duos qui supersunt, prorogandi modos vix agnoscit Cl. Bachov. *antea. all. loc.* illud certum esse videtur, quod de Jure civili, de tempore in tempus prorogatio non procedat in ordinariâ Jurisdictione, uti multis probatur Matth. Steph. 1. de iurisd. c. 21. n. 26. & *seqq.* Sutholt. *de iurisd. aphor. 374.* in iudice delegato uti in casu l. 2. §. 2. ff. de iud. facile eam admiserim.

43. Ista quæ fieri dicitur de loco ad locum, vix & ne vix quidem ulla ratione fiet. territorium enim est aut proprium aut alienum. Si proprium est, cum Magistratus in omnibus sui territorii partibus jurisdictionem habeat, iurisdictio non potest dici, quod prorogetur, ita ut nullius valoris sit illud quod huc accommodat exemplum Matth. Steph. *all. loc. n. 28.* Si alienum est territorium. Cum iudex alterius loci ibi sit privatus l. *fin. ff. de off. pref. urbi.* quomodo ibidem Jurisdictionem exercebit? eo igitur casu, quem habet Steph. *all. loc. n. 30.* magis est, ut & ipsa propria potius quam prorogata dicatur.

44. Unicum hoc in hæc materiâ adiciam, privatis prorogandi facultatem non tribui, si commodo publico vel iuri tertio quæsito præiudicium fiat. Hinc qui privilegio exemptionis gaudent, si contra privilegium vocati compareant, tum avocationi locus est quia privilegium illud non subditorum solum, sed & superioris favorem concernit, Gail. 1. *obf. 40.* Sic nec Vasallus invito Domino potest prorogare iurisdictionem alterius, Bart. *in l. 1. de iudic. n. 2.* DD. *in c. imperialem, in fin. 2. Feud. 55.* nec clericus Jurisd. Laici, c. *si diligenti. X. de for. comp.* Huius tamen posterioris decisionis ineptias rectè ostendit Cujac. *in l. 18. de pact. Boc. cap. 7. num. 34.*

De Jurisdictione Solitaria, Concurrente & Communi

45. Jurisdictio Solitaria vel separata, ut eam Steph. appellat

pellat, hæc est, quæ certæ cuidam personæ competit, non alteri
*l. i. de off. proc. it. de off. pref. de off. proc. idq; accidit vel respectu perso-
næ ut in l. i. & 6. C. b. t. r. C. ubi Senat. vel Clar. t. r. C. Quando Imperat.
inter Caularum. l. f. C. b. t. r. C. ubi caus. fiscal. Loc. t. r. de off. Jurisd.
Alexand. Quod & ratione quantitatum quandoq; evenit. l. 11. &
seqq. b. t. vid. C. l. A. b. r. d. 39.*

46. Jurisdictio Concurrentes est quæ cumulativè pluribus
competit ut singulis, ita ut quilibet in solidum cognoscere &
definire possit. Steph. *l. de Jurisd. 26. n. 3.* in hac præventioni locus
est, Cum lis ibi ubi cæpta est finiri debeat *l. 30. ff. de iud. Gail. 1. obs.
32. n. 6 c.*

47. Jurisdictio communis vel socia est, quæ cumulativè
pluribus competit ut universis, sicq; simul & complexivè, ita ut
unus sine alio non possit procedere. Cum omnes adesse debeant,
l. 37. de Re iud. Steph. all. loc. n. 24. Hujus exemplum est *in l. 38. C. de
appell. ib. apud virum sublimissimum Magistrum officiorum nec non virum
Excellentissimum nostri palatii quaestorem, communi audientia propofita
& in l. 8. C. ubi Cause fiscales.*

SECT. V.

*De Imperio in genere & in specie de Imperio
mixto.*

1. Cum hæctenus actum sit de jurisdictione civili, metho-
dus propofita exigit, ut hic nonnihil breviter subnectamus de
mixto Imperio, utpote sine quo ipsa jurisdictio inanis est, *l. fin. §. 1.
de off. ejus cui mand. l. 75. de iudic.* ita ut id in persona Magistratus ne-
cessario cum jurisdictione uniri debeat, à quo illa quasi animatur
& formatur. *C. l. A. b. r. d. 30.*

2. Antequam vero ad rem ipsam perveniamus, non in-
congruum erit pauca in genere præmittere, quæ huc pertinere
videntur; & quidem de variâ Imperii significatione, definitione,
& divisione.

3. Significat Imperium aliquando regnum, ut in illo Virgil.
Imperium Oceano famam qui terminat astris ita sumitur *in l. 7 §.
si plures ff. de bono damn. aliquando ipsam Regni administrationem,
ut in pr. inst. de usucap. aliquando Magistratum officium, ut in l. fin.
de off. procons. nonnunquam auctoritatem, ut in §. 1. inst. de adopte.*

D inter-

interdum etiam belli gerendi potestatem, Cic. in Philipp. 5. vide complures alias significationes apud Paurm. 1. de Jurisd. c. 9. n. 6.

4. In ea significatione qua hic ulurpatur commodissime definitur potest Imperium, quod sit potestas iudicandi, Magistratui competes, per. l. 214. & 215. de V. S. l. 3. h. t. l. ult. de off. pref. urb. C. l. A. 9. 31 iudicandi sc. cum effectu, i. e. ut nisi iussui pareatur, etiam coertitio aliqua sequatur l. fin. ff. de off. eius & c. Ampl. Dn. D. Bicc. sapius alt. loc. 9. 49.

5. Dividitur in Merum & mixtum, l. 3. ff. h. t. l. fin. §. 1. de off. 27. & c. Cujus divisionis originem tradit. Obrecht. c. 3. de Jurisd. n. 6. egoq; illam generis in suas species non æquivoci in æquivocata esse arbitrari consentit Obrecht. d. c. 3. n. 21. Ampl. Dn. D. Bicc. Rer. Quor. d. l. 9. 48. diff. Sutholt. de Jurisd. aphor. 234. de Mixto prius ut agamus, ordo jubet.

De Mixto Imperio

6. Mixtum imperium idcirco appellatum quod Jurisdictioni coheret vel insit. l. 3. ff. h. t. l. 1. in fin. de offic. eius cui mand. Cl. Obrecht. modò allegatà d. 21. ubi notationes Accursii & Bart. recenset & rejicit, vel quod jure Magistratus competat Treutl 7. 1. D. 3. 2. l. B. Quam notationem cavillatur potius, quam refutat Bachov. ibidem, non enim hæc Treutleri mens est: Quicquid jure Magistratus competit merum est Imperium, quod & sana ratio & particula *ibidem* ostendit. Sed, quod Imperium seu quæ coertendi potestas jure Magistratus competit, est Imperium Mixtum illud equidem non nego, non esse eam ex propria mixti Imperii natura sed ex accidenti. Deductam dicitur etiam Imperium non merum, qd. quod mero contra distinguatur l. f. §. 1. de off. ei.

7. Mixtum Imperium definitur ab Ulpiano in l. 3. h. t. quod sit Imperium, cui etiam Jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Vel ut Obrecht. c. 3. de Jurisd. c. 14. definit. Mixtum Imperium est potestas, cui Jurisdictio inest, quæ jure Magistratus proprio competit. Hanc definitionem examinat ipse Obrecht. *disto loco*.

8. Ego tentabo definitionem Ulpiani non nihil explicatorem reddere, quam cum dicta & laudatà ab Ampl. Dn. D. Bicc. d. l. 9. 50. Obr. definitione coincidere arbitror, quod ex analysi patebit.

2. Hic

9. Hic tamen initio meminisse te velim difficilius esse confirmare & probare, quam refellere definitionem. 7. Topic. c. 3. & in Jure precipue, in quo omnis definitio est periculosa & parum abest, ut subverti non possit l. 202. ff. de R. l.

10. Hinc est, quod facilius in schola Jctorum quam philosophorum hanc definitionem probari vel tolerari posse existimem, Apud hos etenim plus quam manifestum est, definitum non debere ingredi definitionem, & ideo Imperium mixtum per Imperium definire, inconcinnum foret. Cum vero in Jure major sit rerum quam verborum ubertas, & Jurisconf. non tam verbis quam rebus studeant; non raro evenit, ut definitum sit definitionis genus, veluti si ad lectorem defines quod sit ille, qui jus dicenti adsidet, juris suggerendi causa arg. l. 2. ff. quod quisq. Jur. in al. stat. Vel si diceres: Jus Consulium est illud, quod populus Romanus exactis regibus lege rogata consulibus dedit, ut Reip. consulere, arg. l. 2. §. exactis 16 de O. l. & hujusmodi infinita alia.

11. Hoc Imperium (propositæ definitionis sc. genus) Jctus Paulus in l. f. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. appellat modicam coercitionem: dicitur modica coercitio per se & in thesi, in hypothesis enim evenire potest, ut & delictum aliquod, modicâ castigatione puniri debeat; nec tamen qui hoc Imperium exercet dicitur mixtum Imperium exercere. vid. l. 12. ff. b. t. lunct. l. 15. §. 30. ff. de injur. & fam. lib.

12. Ut autem Imperium hoc mixtum à mero specie discernatur, adjicit Jctus differentiam specificam, cui etiam Jurisdic. in est, quod effectu idem est, quod dicit Papin. in l. 1. §. ult. de off. ejus cui mand. quod Jurisdictioni cohæret, ut ita unio indissolubilis hujus Imperii & Jurisdictionis appareat, quam duobus exemplis docet C. l. A. h. t. 9. 34. quæ vide ibidem & infra n. 15. Hinc apperet Hotoman. 7. obser. 16. perperam in h. d. l. 3. pro eo, cui etiam Jurisdic. in est, substituere: quod etiam Jurisdictioni in est Treutl. d. 3. 9. 3. lit B. quam vis non inficet, Hotom. lectionem proprietati rerum esse convenientiorem. Bachov. ad Tr. all. loc.

13. Mirabitur hic quidam Accursianus affecla, quare his verbis differentiam specificam inesse statuat, cum adjecta particula etiam videatur implicare, ita ut sit quasi Jctus dicere vellet, mero Imperio inesse Jurisdictionem, mixto Imperio inesse etiam Jurisdictionem. Accursius ad hanc l. 3. verbo Etiam. sed sciendum

D 2 dum

dum est, vocem hanc non semper implicativè, verum nonnunquam reduplicativè pro præterea vel simili usurpari, quasi diceret Ictus, mixtum id esse Imperium, cui præterea Iurisdicção inest.

14. Verbis subsequentiibus quid velit Ictus, plus difficultatis habet, quam qui primo obtutu animadvertitur; ea quæ maximam partem oritur ex lectionum varietate, quas studiosè collegit Paurmeist. *1. de iuris d. 13 per tot. ubi n. 7.* Limgovall. quam ex vetusto Codice se habere asserit, ita se habet: *Mixtum Imperium est, cui etiam Iurisdicção inest: Quod in danda bonorum possessione consistit, Iurisdicção est etiam Iudicij dandi licentia, Iurisdicção est.* in qua lectione datio bonorum possessionis interpunctione apertè se iungitur à Mixto Imperio, quod est contra vulgatam lectionem.

25. Illud equidem non nego, dationem Bonorum possessionis, adeo Iurisdictionis esse, ut si unquam Iurisdicção sola esset, & nuda, de illa id dicendum foret. *C. l. A. b. t. 9. 34. vid. præterea Bachov. ad Tr. h. d. 9. 4. lit. B.* Credo tamen nihilominus, Ictum voluisse mixto Imperio exempli loco adponere bonorum possessionem, ut ita ostenderet indissociabilem huius Imperii & Iurisdictionis communionem, ut supra attigi, quod & ostendit exemplum quod Iurisdictioni *in d. l. 3.* est adjectum. Iudex enim semper verbis iubentibus, veluti iudex esto, dabatur. Ut sic ad Imperium magis quam ad Iurisdictionem pertinere videretur, nihilo tamen fecius dationem Iudicis ad Iurisdictionem refert. *C. l. A. d. l.*

16. Constat exinde vulgatum theoremata. Quæcunq; sunt Iurisdictionis, ea sunt mixti Imperii, & contra; ita ut formà tantum hæc duo differant & separata sint; objecto & subjecto semper conjuncta & Quicunq; Iurisdictionem habet, habet etiam mixtum Imperium. Cui enim Iurisdicção data est, ea quoq; concessa videntur, sine quibus Iurisdicção explicari non potest. *l. 2. ff. h. t.*

17. Sicut igitur Iurisdicção Iure Magistratus competit, ita & per consequens hoc Imperium. Notandum tamen est, Durus esse Imperii mixti gradus *Obr. 12. de Iur. 24.* quædam enim magis sunt Iurisdictionis quam Imperii, & vicissim *Ampl. Dn. D. Bicc. Rev. Quot. d. l. 9. 51. l. 4. ff. h. t.* & ea quæ magis Imperii sunt quæ Iurisdictionis, à Magistratu municipali expediri non possunt *l. 26. ad municip.* ut sunt: in integrum restituere, bona rei servandæ cau-

dæ causa iubere possidere, aut dotis servandæ causa, vel legatorum
servandorum Causa d.l. 26. §. 1. iubere caveri prætoriam stipulationem
d.l. 4. h.t.

18. Ex iis quæ dicta sunt facile quilibet, ut puto, largie-
tur, Vlpianum in d.l. 3. h.t. definire voluisse Imperium mixtum, non
vero illud saltem per *equivocos* terminorum explicationem & per
exempla proposuisse, ut voluit Cuiac. 21. observ. 30. & Paurmeist.
1. de iurisd. 14. n. 5. secuti quosdam veterum Ictorum, qui exposue-
re: mixtum Imperium est: id est, de mixto Imperio est. Glos. ad b.
l. 3. Cyn. ib. num. 1. verum missis his progredior ad Criminalis Iu-
risdictionis & Meri imp. explicationem.

SECTIO V.

De Jurisdictione Criminali & de mero
Imperio.

1. Dixi supra h.c. 2. §. 3. n. 9. in latissima significatione Iu-
risdictionem etiam ad causas criminales referri. Idque auctori-
tate Clarissimi Obrechtii de Iurisd. c. 1. §. 8. Sæpius enim in iure & a-
pud probatos auctores legitur de criminibus ius dici. ut in l. 2. §.
23. ir. §. 34. junct. §. 32. de O. 1. l. 7. §. fin. ff. de iur. patron. l. ult. C. ubi caus. fiscal.
Sueton. in Aug. c. 33. Calliod. 6. var. imò expressè dicitur damnare a-
liquem esse jurisdictionis. l. 6. §. 10. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. test.
& delinquens plus mereri, quam ex forma jurisdictionis pati po-
test l. 31. ad l. Corn. de fals. apertius publici iudicii Exercitio, vocat-
ur Jurisdictione l. 1. pr. de off. ejus &c.

2. Nec nocent ea tela, quæ vibrat contra hanc sententiam
Bachov. ad Tr. disp. de iur. §. 3. lit. C. alias obiectiones vide apud Obr.
d. l. n. 10. & seqq. quas solvit ibidem.

3. Hæc criminalis Jurisdictione in iure alias vocatur exer-
cicio publici Iudicii d. l. 1. pr. de off. ejus cui mand. cognitio de crimi-
nibus d. l. 1. §. 1. Quæstio publica l. 2. §. 32. de O. 1. apud nos pro diver-
sitate locorum diversimodè appellatur: in Franconia, Palatina-
tu, vicinisq; locis: Zent / Zentbarkeit / Zent Gerechtigkeit / Zentrecht /
Malestgericht / Halsgerichts Obrigkeit / hohe Obrigkeit &c. in Bavaria
vicinisq; locis: die Fraiß / hohe Fraiß / Fraißliche Obrigkeit. Alibi
Blutban / hohe Gewalt. &c. in Saxonia: Weintliche Gericht über
haut vnd haar / hals vnd haupt / Zentgericht / hochgericht / Obergericht /
Vogrey

Bagley über das Malefiz. Wehner. in observ. pract. verbo Sent.

4. Definitor à Cl. Obrech. c. 2. de iurisd. d. 4. quod sit notio Criminalium caularum, nominatum certis personis, lege concessa. per. d. l. 1. de Off. ej. cui mand. est iurisd. Hæc definitio utpote per se clara non indiget ulteriori explicatione Immeritò reicit Bachov. ad Treutl. d. d. 9. 3. lit. C. huius definitionis genus, uti patet ex iis, quæ supra s. 3. n. 4. retuli ex Cl. A. h. t. d. 6.

5. Huius iurisdictionis vis & *irregoria* Consistit in mero Imperio, adeo ut non raro meri Imperii appellatione & illa contineatur, ac veluti absorbeatur. Revera tamen aliquam manere formalem differentiam non omninò inficiatur Bachov. d. l. & satis superq; Sutholti rationes, quas attulit in contrarium, refutatae sunt àb Ampl. Dn. D. Bicc. R. Q. d. s. d. 55. lit. 1.

6. Separantur autem potissimum tripliciter, vel tribus modis quos habet Ampl. Dn. D. Bicc. all. loc. d. 53. lit. G. 1. quando quis simpliciter cognoscit, seu simplicem notionem habet, inquirendi sc. verum falsumve sit crimen, quod intenditur, ita quidem, ut si falsum sit, is reum possit absolvere. Sin vero condemnare non possit, sed sententiæ pronunciationem alii reservare debeat. Exemplo l. 6. pr. ff. de off. procons. & l. un. C. eod. Ita Colonienfes in criminibus habent apprehensionem, incarcerationem, inquisitionem, torturam: Sententiam tamen non præferunt, & multò minus exequantur; sed Delinquens; Capitis reus, Archiepiscopo Electori traditur, qui cum per Præfectum den Wurthstet iudicat, & executioni mandat, ut ibidem non semel observavi 2. Quando quis præter notionem, etiam sententiæ dictionem seu pronunciationem habet, & condemnare reos potest, sed tamen sententiam istam non exequi, ut in l. 1. §. 3. ff. de off. præf. urb. l. 6. §. 1. ff. de interd. & releg. 3. Cum non quidem obiecto, neq; subiecto separatur, sed tamen in se sunt manentq; separata, ut quando quis & cognitionem & gladii potestatem simul habet Exemplo præfectorum urbi & præsidum l. 1. §. ult. ff. de pen.

7. Ex iis quæ dicta, apparet, eam, quam dixi, criminalem iurisdictionem cum mero imperio semper quidem esse coniunctam ratione obiecti, cum & hoc & illa circa causas criminales versentur. subiecto & essentiâ maximè esse separata, unde & hoc imperium meri nomen est adeptum, quasi quod iurisdictioni neq;

neq; subjectū, neq; essentia inest *arg. l. 3. b. r.* quemadmodum merum vinum dicitur, cui aqua non est ad mixta.

8. Hoc imperium merum definitur ab Ulpiano *in sapius all. l. 3. b. r.* quod sit, habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines. Bartolus definit *in l. 3. b. r. n. 6.* quod sit jurisdictionis, quæ officio iudicis nobili expeditur vel per actionem publicam utilitatem respiciens principaliter. Quæ definitio falsissima est.

9. Ulpiani definitionem nonnulli impugnant, & aut saltem meri Imperii exemplum hic proponi statuunt. DD. *communiter ad d. l. 3.* quod falsum esse ex Exegesi patebit. Aut, quod facit Jason, hanc rejiciunt, quasi non habeat Genus. Verum sciendum est, *habere gladii potestatem*, genus hinc esse; quemadmodum cum *fides* definitur ab Augustino *quod sit credere quod non vides*, illud enim usum non infrequens est, ut actus sumatur pro potentia, vel habitu ipso.

10. Dicitur *potestas gladii* à principaliori sui parte Cujac. *in l. 17. de off. ejus cui mand. & c. ad Pap. Fach. 9. Contr. 94.* vel potest subaudiri, aut alterius coërcitionis, *ex l. 70. de R. l. l. 6. §. pen. de off. pref. l. 8. §. 1. de pæn. Suerin. reper. lect. c. 6. Longov. p. 2. c. 1. in rep. l. 3. h. i.* Perfectior tamen foret definitio si vox *Gladii* omitteretur, ut censet Bachov. *ad Tr. d. D. 9. 5. lit. A.* alii aliter hanc definitionem interpretantur:

11. Potestas hæc posita est *in animadvertendo*. Animadversionis verbum significat vehementiam hujus Imperii, & idem contra distinguit modicæ coërcitioni, quæ proprium est Imperii mixti, quod in thesi omnino verum est, ut supra dixi. Videtur item hoc verbum excludere Jurisdictionem criminalem utpote cum quo nihil habeat commune, & quasi meri Imperii officium in puniendi potestate, non in cognitione consistit. Risumne mereantur necne, qui non solum condemnationem (quod controversum non est) sed & absolutionem hoc verbo contineri statuunt, non ausim dicere, inter quos est & alioquin satis acutus Sucholt. *de iurisd. aph. 394.*

12. Animadvertit hoc Imperium *in facinorosos homines*. Cum igitur homo constet corpore & anima & deficiente anima non amplius sit homo, sequitur quod in cadaver ordinariè non statuatur pœna *arg. l. 3. & 6 ff. de publ. iudic. l. 2. C. si rem vel accus. morri fuer.*

311



fuer. Gail. de pac. publ. c. 20. nisi atrox sit scelus. l. ult. ubi Bart. Et DD. ff. de sep. viol. veluti si sibi mortem conciverit arg. l. 5. C. si reus vel accus. vel criminis læsæ Majestatis reus fuerit §. 3. Inst. de publ. iudic. l. fin. ff. & 6. 7. 8. C. ad L. tul. Maies. vel alia justissima subist ratio.

13. Sunt præterea casus quidam, quibus & per consequentiam in bruta animalia pænale exercetur judicium; quatenus sc. delictum hominis est annexum, Levitic. 24. ne refricent indignam facti memoriam c. 4. caus. 15. qu. 1. Vel ut pænna delicti aggravetur, veluti quando canis cum judæo suspenditur, vel quando particida cum cane, Gallo gallinaceo, vipera & fimea culeo infusus in vicinum mare vel amnem projicitur, ut inter ferales istas angustias comprehensus, omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cælum superstiti, terra mortuo auferatur, ut eleganter loquitur Imp. in §. 6. l. de publ. iud.

14. Nonnunquam etiam ob delicti gravitatem non solum facinorosus morte truculentissima adscitur, sed & ædes ipsius solo æquantur uti Mediolani factum esse observavi; & ut nefandum scelus & sententiam simul noveris; adscribam verba, quæ ex marmorea tabula quæ ibidem invenitur descripti: Hic, ubi hæc area patens, est, surgebat olim construta Jacobo Moræ, qui facta cum Guglielmo Platea, Publ. San. Commissario, & cum aliis conspiratione, dum pestis atrox saviret, lethiferis unguentis hæc & illuc aspersis, plures ad diram mortem compulit. Hos igitur ambos hostes patriæ judicatos, excelso in plaustro, condenti prius vellicatos forcipe, & dextrâ multatos manu, rotâ infringi, rotæq; intextos post horas sex jugulari, comburi deinde, ac ne quid tam scelestorum hominum reliqui sit, publicatis bonis, cineres in flumen projici senatus iussit. Cujus rei memoria æterna ut sit hæc domus, scelestis officinâ, solo æquari, ac nunquam in posterum refici, & erigi Columnâ quæ vocetur infamis Procul hinc, procul ergo boni cives ne vos infelix, infamè solit commaculet. M. DC. XXX. Kal. August. præside publ. Sanit. M. Antonio Montio. Præside Senatus Ampliff. Jo. Baptista Trotto. R. Justitiæ Capit. Jo. Baptista, Vicecomite.

15. Tantum de vero meri Imperii objecto, de homine sc. & de iis, quæ per consequentiam cum eo tristi & lacrymosæ sententiæ quandoq; subjiuntur. Sed anne & bruta per se nonnunquam puniuntur? Cum animus delicta distinguat, l. 14. ad L. Corn. de sic. l. 53. de furt. qui in brutis nullus est; dicendum est, ipsa non formaliter delinquere; cum tamen materialiter delinquant, evenit.

mit, ut morte afficiantur, nonnunquam, exemplo suspensi porci, apud Guid. Pap. *decis.* 238 Ita & bos qui hominem occidit, lapidibus obrui iubetur ex lege Mosaica. *Exod.* 21. v. 28. Imò in res Etiam in animatas quasi animadverti voluit lex Draconis, & testatur Paulanias 2. *Eliac.* Theogenis statuam ob oppressum hominem in mare esse submersam.

16. Meri Imperii gradus sex facit Bartol. *in l. 3. h. t. n. 8.* & seqq. quos examinat Zaf. *in d. l. 3. n. 16.* & seqq. Obrecht. *c. 7. n. 31.* & seqq. Matth. Steph. *1. de iurisd. c. 7. n. 7.* & seqq. alii faciunt quatuor, secundum quatuor elementa. Mascard. *de Probat. Concl.* 403. n. 4. *in iurib. allegat.* cū omnes pœnæ ex *l. 28. ff. de pœn. ad tres gradus referantur, licet coërcendi modi varii sint & infiniti, illi tamen omnes ad tria summa genera seu tres gradus commodè revocari possunt.* Scip. Gentil. *lib. 3. de iurisd. c. 6.* & seqq. Obrecht. *d. c. 7. n. 2.* & seqq. Matth. Steph. *1. de iurisd. d. c. 7. n. 18.* & seqq.

17. Ad primum gradum referuntur omnia ista pœnarum genera, quibus vita naturalis adimitur, seu quibus ultimum supplicium irrogatur: Quod multis modis fit *l. 3. §. 1. 2. 3. de pœn.* huc referuntur damnatio ad bestias, cuius exemplum vide apud Gell. *1. noct. Attic. 14.* Item Bannum Imperii; ob formulam quæ Banno adjicitur: *Wir setzen ihn auß den frieden in den unfrieden / und er lauben seinen Lieb jedermänniglich /* ut est apud Gail. *2. de pac. publ. c. 6.* alia exempla vide apud Obrecht. *d. c. 7. n. 3.* & seqq. Matth. Steph. *lib. 1. de iurisd. c. 8. per tot.* Treutl. *h. D. 8. §. lit. D.*

18. Secundi gradus meri Imperii sunt omnes istæ animadversiones, quibus vita Civilis auferitur, ut sunt damnatio in metallum, *l. 8. §. 4. & l. 17. ff. d. pœn.* Item damnatio in opus metalli. Inter hanc & illam differentia in eo est, quod qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis puniantur, qui in opus metalli levioribus *d. l. 8. §. 6.* utriq; tamen & civitatem & libertatem amittunt & servi pœnæ fiunt *d. l. 17. pr.* in opus publicum damnatio. *d. l. 17.* Deportatio, quæ in locum aquæ & ignis interdictionis successit *l. 3. ad. l. iul. pecul.* Plura vide apud Obr. *all. loc. num. 7.* & seqq. Steph. *lib. 1. de iurisd. c. 9. per tot.*

19. Tertii Gradus sunt omnes istæ coërcitiones, quæ nec vitam naturalem, nec civilem adimunt, vel, quæ ad existimationis, non capitis pœnam pertinent. Obr. *d. l. num. 11.* ut sunt relegatio, vinculorum verberatio. *l. 7. de pœn. de hoc prolixior*

E

lixior

lixior est Obr. *all l. & num. 11. & seqq. Matth. Steph. 1. de iurisd. c. 10. per tot. quos adi. Brevitatis studium me aliorum distrahit.*

20. Coronis loco, hoc caput secundum concludens. moneo, quasdam penas esse communes & mero & mixto Imperio. Scip. *Gentil. 3. de iurisd. c. 10. Longoval. p. 3. c. 10. ut incarceration. multa dictio. Bachov. ad Tr. b. D. th. 4. lit. D. & E. Si enim ob contumaciam in civilibus quis in vincula conjicitur, incarceration mixta est Imperii. l. 2. de in jus voc. Si ob aliquod crimen publicum, meri erit imperii, licet de iure civili carcer pena non sit. l. 8. §. 9. de pen. Cujac. 14. obs. 34. Gail. 1. obs. 26. num. 7. Sic pena pecuniaria, in civilibus (quo casu multa in specie dicitur) est mixti Imperii. l. 131. §. 1. de V. S. Si propter aliquod crimen irrogatur, meri est Imperii. Ex hac ratione statuit Bachov. d. l. ad. 8. §. lit. C. non absurdè duos principales constitui gradus penarum, communium scilicet & propriarum, ut hæc deinde in plures alias subdistinguantur. Et hæc de Jurisdictionis divisione pro instituti ratione sufficientant. Properandum ad.*

C V P U T III.

*De Jurisdictionis subjecto, seu personis:
Jurisdictionem exercentibus.*

1. Jurisdictio in specie sic dicta, cum jure Magistratus competat, manifestum est à nemine eam exerceri nisi & ipse sit Magistratus, uti supra aliquoties dictum est. Quod & idem de mixto Imperio verum est, cum Jurisdictioni insit & cohercat. *l. fin. §. 1. de off. ejus cui mand. est iurisd.*

2. Magistratus in usu juris quis sit, non malè definit Cujac. *Parat. ff. de O. I. hoc modo: Magistratus est publica persona, quæ Jurisdictioni præst. Cum qua desin. ferè consonat illa, quam habet Scip. Gent. 2. de iurisd. c. 3. Magistratus est Præfectus publicè iurisdicendi muneri. Verbale iurisdictionis tamen melius est quam verbum iurisdicendi, quum hoc in jure nostro latius pateat, quam ut huic definitioni per omnia convenire possit. Aliter desinit Coraf. in l. 4. de adoption. Donell. 17. Commentarior. 7. Vers. sit ergo.*

3. Cujacii Definitionem cum non nullis malè impugnat Bodin.

Bodin. & pro bonâ pessimam substituit, dum *lib. 3. de Repub. cap. 3.*
 Magistratum definit officialem, qui publicum Imperium habet.
 Arist. *4. Polit. 15.* Magistratus appellat quibus datum est deliberare
 de quibusdam & statuere; & maxime hoc extremum: nam jube-
 re imperiosius est. quæ descriptio ad Remp. Rom. accommoda-
 ta non usque quaq; convenit. Si enim singulæ ejus partes suffice-
 re dixeris, Senatui ut qui Dominus est publici & summi Consilii
Cic. pro Dom. magistratum adseres, quod falsum est, per ea quæ
 tradit Coras. *ad l. 1. ff. de Senat. num. 1.* quod & multis confirmat
 Sigonius *lib. 2. antiq. jur. civ. cap. 6.* expresse etiam Senatores & Ma-
 gistratus separantur *l. 2. §. 12. de O. l. in l. 5. §. 2. de Cap. minut. Suet. in Ti-
 ber. c. 3.* Senatores celsiores & majores sunt Magistratibus, ut ait
 Tac. *5. ann. nec obstat quod Cic. 3. de LL. Senat. ex Magistratibus*
 constare oportere, dicit: diversum enim est ex Magistratibus con-
 stare & Magistratum esse. Illud non nego in larga significatio-
 ne, Senat. posse Magistratum appellari. Quod nec Coras. *d. l.*
 diffitetur. Arist. *all. loc.* Magistratus quoque officium ad statuendi
 potestatem adstringere velle videtur dum ait: *nam jube in imperio-
 sus est.* Quod si conjunctim in Magistratu requiras & Consulendi
 & statuendi facultatem, & sic falleris, ut evincit. *l. 12. §. 1. ff. de iudic.*
 quæ statuendi jus Magistratui tribuit, *junct. all. loc. ex Cic. pro dom.*

4. Est autem Magistratus, vel Urbanus, vel Provincialis,
 vel Municipalis, Urbani dicebantur, qui in urbe Jurisdictioni
 præerant. Provinciales, qui extra urbem in provinciis eam po-
 testatem exercebant. Municipales, qui in unaquaque civitate
 cujusque provinciæ Juri dicendo præerant. Urbani Magistra-
 tus rursus erant ordinarii, vel extraordinarii, quorum hi sæpe in
 jure Magistratus esse negantur *ut in l. 2. §. 33. de O. l. ubi Pompon. Nam*
Præfectus annonæ & Vigiliis non sunt Magistratus, sed extra ordinem u-
stituti in causa constituti sunt, ubi illud: non sunt Magistratus *statuti*
ff. & legitimi Explicat Cujac. *ibid.* verum de singulis pro materiæ
 dignitate & ubertate tractare, non mei est institui. Tractant
 Lipsius. Dominicus Floccus, qui hætenus sub L. Fenestellæ no-
 mine falso obtruditur. Pomponius Lætus *lib. 1.* Andreas Alcuius.
 Volateran. *lib. 1.* Rosinus *antiq. Rom. lib. 7.* Wolffg. Laz. *de Rep.*
Rom.

5. Eo, quo dixi, modo, Jurisdictio & annexum mixtum
 Imperium competeat. Merum autem Imperium in veteri Rep.

62
Romana semper in Majestate, seu summa potestate radicatum permanfit, ita ut nunquam ante Caroli Magni tempora, si rem bene consideramus, Magistratus jure competuisse, dicendum sit. *Dissenrunt Cujac. in l. aliud frans de v. s. & Suerin. rep. lect. cap. 6. Indè nec hodie jure Magistratus competere rectè dixeris, cum status nostri proprie loquendo Magistratus non sunt.*

6. In disquisitione autem ea, cui nam hoc Imperium meum competat, distinguenda sunt diversa Reip. Romanæ tempora. Primis istis temporibus, cum omnia manu regia administrabantur *l. 2. de O. l. solis Regibus hæc potestas fuit propria. Causas tamen criminales tractare maluerunt, in consilium adhibitis aulis, uti de L. Tarquinio testatur Liv. lib. 1. & Tullus Hostilius duum viros perduellionis creavit, qui de Sororicidio Horatii, in triumpho de tribus Curiatis victis, perpetrato judicarent. Liv. de lib. 1.*

7. Regibus extinctis, hæc potestas penes Consules fuit, quod Brutus primus Consul exemplo demonstrat, de filiis regem reducere studentibus supplicium sumens *Flor. lib. 1. c. 9. Liv. lib. 2. usque dum Publicola fascis populo subjecit, legemq; tulit, ne de capite Civis Romani cuiquam in jussu Populi statuendi fas esset. Flor. d. c. 9. Liv. lib. 2. junct. l. 2. §. 16. de O. l. Ex illo tempore Quæstiones constituebantur à populo, qui Capitalibus rebus præessent: hi vocabantur Quæstores parricidii *l. 2. §. 23. ff. de O. l. voce parridii. litter sumta atque hodie in usu est, quasi qui parem occideret, ex lege Numæ, quæ est apud Plutarchum in Romul. Si quis liberum hominem sciens mori dicit, parricida est. Ideoq; in hoc significato parricidium potius, quam parricidium scribendum reor.**

8. Hæc quæstiones ab initio certis personis, & de certis personis seu facinorosis tradebantur. Deinde triumviri Capitaliales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent: ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret: *d. l. 2. §. 30. donec Cornelius Sylla quæstiones publicas instituit d. l. 2. §. 32. quo tempore Prætores quotannis sex creabantur, quorum duo Jurisdictioni præerant, quatuor exercebant quæstiones. Vid. Sigon. de antiqu. jur. prov. c. 9. pr. Rosin. 7. antiq. Rom. c. 43.*

9. Cum itaq; quæstiones Sylliano Instituto, nomine officii seu Magistratus committerentur, & amplius, cum occupata Rep. Imperatores creando aliquem provinciæ præsidè, eo ipso et Impera

Imperium merum commississe viderentur, *arg. l. 6. §. 8. ff. de off. pras.*
excepta deportandi potestate *l. 6. §. 1. ff. de interd. & rel. Proconsules*
item merum Imperium habent *l. 6. 7. & 8. de off. prov. & legat. Nov.*
30. c. 6. pr. Hinc factum est ut Cujac. & Suetin. *d. l. statuerint* me-
rum Imperium post tempora Syllæ jure Magistratus competiisse.
Verum cuiusque rei spectanda sunt initia *l. 8. pr. ff. mandat.* quod
autem illis Magistratibus ea, quæ meri sunt Imperii, specialiter
initio data sint, non dubito, & probat *d. l. 6. §. 1. de interd. & rel. ibi.*
datum. Sic non semper specialiter repetitam legimus tutoris dan-
di potestatem, quæ Magistratibus quibusdam competit, & nihi-
lominus specialiter competit *l. 6. §. 2. de tutel.* Manet igitur regula
l. 1. de off. ejus cui mand. est iur. Merum Imperium ei competere, cui
id Lege, vel Scto, vel Principum constitutione est permissum.

10. Et hæc quidem de Rep. Romana, superest ut de mo-
derna Romano Germanica nonnihil in medium proferam, &
ostendam, quibus hodie Jurisdictio competere dicatur. Cum au-
tem nostrates Cancellarii Consules Prætores &c. Cum Magi-
stratibus Romanis conveniant, quæ & quatenus hi & illi Magi-
stratus sunt, Ideo pro ratione Commissæ potestatis, officii, terri-
torii & similibus circumstantiarum, de eorum Jurisdictione fa-
cile judicium fiet. Ego, quam succinctè poterò, de Jurisdictione
Imperatoris & statuum, item Camere Imperialis & Jud. Rothvy.
discursum instituum.

SECT. I.

De Jurisdictione Imperatoris.

1. Patet ex definitione Jurisdictionis in genere sic ac-
ceptæ, quam *supra c. 1. §. 3. n. 3.* posui, eam esse partem potestatis Po-
liticæ. Merito igitur auspicio à Jurisdictione Imperatoris, qui
summam in terris habet potestatem, cui quoad excellentiam po-
testas tribuitur, ut in clausula, quæ rescriptis & Recess. Imp. ad-
di solet. *Auß Dörmischer Kayserlicher Macht und vollenkommenheit,*
uti & in aureæ Bullæ sanctione factam. prefat. §. So haben wir. ibi.
auß vollenkommenheit Kayserlicher Gewaltten. unde & Caput Im-
perii dicitur. *R. I. zu Augspurg Anno 1525. & passim.* Imperatorem
in temporalibus Vicarium Dei appellat *Bald. de pac. cons. in verb.*
dispensat. n. 1.

E 33

2. Hæc

2. Habet hinc Imperator solus Jurisdictionem universalem in toto Imperio, ut & Causis ac personis universis. Paurm. 2. de Jurisd. c. 4. n. 20. Rosenthal de Feud. c. 5. Conclus. 4. n. 1. Borcholt. de Regalib. n. 20. Menoch. de Praes. lib. 2. praes. 4. n. 14. & seq.

3. Limitatur hæc Imperatoris Jurisdictio quoad Instantias. Causæ enim & lites, quæ sunt inter mediatos Imperii subditos, in prima instantia in Curia principum quo minus tractentur, impedire nequit ex capitul. Cæsar. §. Und in sonderheit so sollen und wollen wir. ibi dasselbe und alle andere Rechtfertung nicht verhindern/noch verbieten, sondern den freyen stärcken lauff lassen. & ita regulariter in prima instantia subditi statuum ad aulam Imperatoris vel cameram evocari nequeunt. ord. Cam. p. 1. r. 1. & 5. quod pendet ex nobili illa controversia: an Imperator cum statibus concurrentem habeat Jurisdictionem, quam vide disputari apud Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. c. 5. c. 7. n. 17. & seqq. Limnæ. de Jur. publ. lib. 9. c. 2. num. 82. & multis sequent. cum quibus pro negativa concludo.

4. Sunt tamen nonnulli casus, quibus etiam mediata in prima quoque instantia conveniri possunt in judicio Imperatoris vel Imperii, veluti si justitia subditis sit denegata. ord. Cam. part. 2. tit. 1. §. und soll auch demnach, vel si causa fiscum spectet. ord. Cam. d. p. 2. r. 20. vel sint causæ specialiter Imperatoris Jurisdictioni reservatæ, uti tractatæ pacis publicæ d. p. 2. Ord. cam. r. 9. & 20. item si subditi à suis Dominis conveniantur. Gail. 1. obs. 1. n. 18. Quibus adde si miserabilis persona sit alterutra litigantium. r. r. c. Quando Imp. int. pupill. & vid. vel mis. pers. cogn. vid. praterea Dn. Reinking. d. loc. n. 43. & seq.

5. Limitatur etiam nonnunquam universalis Imperatoris Jurisdictio quoad secundam instantiam. Sic Saxonis Electoris Serenissimi subditos non solum extra territorium trahere non licet, sed nec ab ejusdem sententiis ad quodcunque aliud tribunal appellare licet, quamdiu justitiam non denegaverit. Aur. Bull. cap. 11. §. 3. Andr. Knichen integro tr. de Sax. non app. jure & privilegio. quod & ad ejusdem totam familiam extenditur A. B. d. §. 3. Limnæ. de Jur. Publ. l. 3. c. 20. num. 37. & 38. & lib. 5. c. 15. n. 8. Hoc privilegium limitatur certis casibus. Thom. Michael de Jurisd. th. 26. lit. E. Eodem modo privilegiatus est Elector Brandenburgicus ex privilegio Aur. Bull. d. l. & singulari quodam, quod vide apud Limnæ. de Jur.

de iur. Publ. lib. c. 11. n. 12. Et non tantum hi duo Electores hoc jus de non ab ipsis appellando ab initio habuerunt, sed & omnes reliqui Archiprincipes Electores, uti patet ex d. c. 11. Aur. Bull. Sed reliqui non nisi illud amiserunt. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 9. Sect. 8. n. 2. Regina quoq; Sueciæ & ejus in Regno Suecico successores, in feudis quæ ab Imperio possidet, habet privilegium de non appellando. Instr. pac. Cesareo: Suec. artic. 10. §. deinde concedit ei. ne hos tamen Imperatoris jurisdictioni exemerim quoad supplicatione casumq; denegatæ Justitiæ Lampad. de Rep. Rom. Ger. p. 3. n. 13.

6. Et hæc de Jurisdictione Imperatoris, quoad mediatos Imperii Subditos. Immediatos quod attinet, hi plerumq; in prima Instantia coram Austregis conveniuntur, de quibus infra commodior forsitan erit tractandi occasio.

7. Competit Imperatori cognitio & sententiæ dicendæ potestas, in causis Fürstenthum / Herzogthum / Graffschaffen / & c. (propter hanc (&c.) particulam, etiam Baronias huc refert Rummelin ad Aur. Bull. p. 2. disp. 1. th. 16.) concernentibus, eo casu, quo ea einem theil genstlich und endlich' absprechen werden sollen. Ord. Cam. p. 2. r. 7. R. A. zu Wormbs de Anno. 1325. sub. tit. Römischer Königl. scher Majestät Regiment §. ob auch sachen; id quod antea etiam à Frider. II. Imp. constitutum fuisse, apparet ex Goldast. part. 21. der Reichsstatuten pag. 21. ibi der Höflicher soll die Leute richten / die ihm klagen von allen Leuten ohne Fürsten und andere hohe Leute / wo es behet an ihr liebe / oder an ihr Recht / oder an ihr erte / oder an ihr Ehre / daß wollen wir selber richten. in illis causis Camera nulla omnino est Jurisdictio, Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. cap. 19. n. 7. ita ut præventio in iis locum non habeat. Gail. 1. Obs. 29. n. 7.

8. Illud maxime controversum est: An Imperator solitariam in hisce causis habeat Jurisdictionem, an vero Sociam & Communem cum Paribus Curia. pro posteriori concludit Dn. Limnz. de iur. Publ. lib. 2. n. 54. & respondet ad contraria ibid. n. 55. & seqq. Contrarium tamen verius est per ea quæ habet Ampliff. De Schütz Colleg. iur. Pub. vol. 2. Disp. 2. th. 4. lit. A. ubi præjudicium adfert in Sachen Hessen Contra Hessen / die Warpurgische Succession betreffent. quam Gloriosissimus Imper. Ferdinandus II. solus non adhibitis paribus Curia cognovit, & in ea definitivè pronunciavit.

9. Spectat huc & alia controversia, quæ oritur occasione prædi-

prædictæ constitutionis. ibi Gänglichen und Endlichen. nimirum
 anne Imperator eo casu, quo de prædictorum Feudorum parti-
 bus actio est, Solitariam jurisdictionem fundatam habeat? Quod
 etiam adfirmandum arbitror, cum id, quod juris est in toto quoad
 totum, in parte quoad partem juris esse cenleatur. l. 25. pr. ff. de usur.
 Particula igitur ista Gänglichen non ad rem referenda, sed ad sen-
 tentiæ qualitatem, & ita prædicarum esse in Causa Hesse contra
 Hesse die Marburgische Succession betreffent testatur Magnif. &
 Ampl. Dn. Schüs Coll. Jur. pub. all. loc. Quæ autem hic de partibus
 dicta sunt, intelligenda veniunt de partibus Essentialibus qua-
 rum altera sublata tolleretur Conceptus rei quidditativus; non
 autem de partibus integralibus seu potius accidentalibus uti sunt
 in principatibus Castra, villæ &c. de his enim cognoscit etiam
 Camera.

10. Non minus controversum est: An Imperator solus
 ut in petitorio ita & in possessorio judicet. pro negativa conclu-
 dit Magn. & Amplif. Dn. Reink. de Reg. lib. r. cl. 4. c. 19. n. 69. Pro af-
 firmativa ponit Calculum Magnif. & Amplif. Dn. Schüs all. loc.
 Cujus sententia de jure civ. maximè plausibilis est, cum Causæ
 continentia dividi non debeat. l. nulli. C. de judiciis. Possessorii au-
 tem & petitorium se mutuo attingunt, & possessorii finis est
 principium petitorii. DD. in d. l. Gail. obs. 35. n. 11. Huc refer, quæ ha-
 bet Limn. d. l. P. d. c. 9. num. 81. & seq. licet non illuc collimet, ut Im-
 peratori solitariam & statibus non communem abstruat hanc ju-
 risdictionem, sed ut Camera saltem excludat.

11. Quando inter status Sessionis oriuntur Controversiæ,
 eadem pertinent ad Imperatoris decisionem, Bertram de Comit.
 th. 67. Cum non melior ipso privilegiorum sit interpres. Baro
 Georg. Acacius ab Enekel. lib. 2 de privil. cap. 3. n. 57. Quod & in
 Comitibus Augustanis Anno 1530. factum ex Cælestino testatur
 Bert. ibid. ita quoq; in Comitibus Spirens. Anno 1570. §. Zum letzten;
 als dan zwischen erlichen Ständen / & seq. quo respiciunt ista verba
 quæ sunt in R. J. Zu Regensburg de An. 1576. §. Wan dan die
 Churfürstliche Räte &c. ibid. weil uns über solche sachen vermöß
 Speyerischen Abscheids zu erkennen gänglich heimgestellt. Limnæus
 de l. P. d. cap. 9. n. 92. videtur & statuum consensum requirere, quæ
 sententia multis rationibus stabiliri posset, si tempus & bre-
 vitatis illud permitteret ratio.



12. Cum Imperator summam ut dictum est, habeat in toto Imperio Jurisdictionem, faciliè constabit, quantum errent errorem Papæ isti parasti, qui ab hoc ad Papam appellati possunt. *Guido Papa de Appellat. concl. 6. Hostiens. in c. cum Ioannes de fide instr. 2.* quod ed facilius sibi & suo persuadeat cerebello, cum pontificis dignitatem omnium dignitatum culmen esse didicerint ab ejus farinae aliis. Verum hæc & talia risum potius merentur, quam refutationem. vid de hac quæstione *Limn. d. c. 9. n. 94. Besold. de Appellat. cap. 4. num. 7. Mynsing. 1. observ. 14 Thom. Michaël. de Jurisd. Concl. 43. Magn. Dn. Schüh d. loc. lit. A. in fin. quo faciunt & ea quæ habet in tr. de vicar. Imp. th. 3. p. t. que est in nucleo Discursum eudorum Giesse per Hampel. typographum.*

13. An à Cæsarea Majestate malè informata ad melius informandam appellari possit? affirmandum esse, dici potest argumento sumto *ex l. i. §. i. ff. de appell.* quam sententiam firmat *Bodin de republ. lib. 1. c. 10 Exemplo Francisci II. Regis Christianissimi in causa Ludovici Bourbonni, Principis Condæi. Sic quoque Principes ac duces Luneburgeses Henricum & Wilhelmum, in causa inter ipsos ab una & civ. Magdeburgensem, & Hamburgensem ab altera parte Ann. 1569. Mens. Aug. à Cæsare malè informato ad Majestatem ejus melius informandam appellasse testatur Joh. Dauth de rest. am. fol. 68. n. 36. Hæc tamen appellatio irregularis est, *Bocer. de Regal. c. 2. n. 241. Limn. sep. all. c. 9. n. 120.* Nulla aut, hujus appellationis in jure extare vestigia, sed tamen eam æquã esse, citata ad hoc sententia. *Sen. 2. de Ira c. 27. ubi inquit; multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia fides exigunt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt.**

14. Habemus etiam exempla factæ appellationis ab Imp. ad Imperatorem & status, uti fecit Landgravius Hassiæ Mauritius Contra Decretum Cæsareum de 28. Octobr. Anno 1613. *Es ist über solche nicht angenommen worden. Marpurgische Succession. Acta. Nonnulli ex Aur. Bull. c. 5. arbitrati sunt electorem Palatinum à Cæsare posse appellari; verum præterquam quod contra appellationis naturam est, ut minor à Majore appelletur, testatur Georg. Christoph. Weiffsch de Poresl. & Jurisd. Imp. th. ult. in archivis Electoralis Palatinatus appellationis interpositæ dicis quidem extare exempla, sed non receptæ præjudicia recentia non deesse.*

F

Sectio

De Jurisdictione Regis Romanorum.

1. Regis Romanorum non una est significatio. Quandoq; pro ipso Imperatore sumitur, quod facile quis viderit, si Auream Bullam consideratè perlegerit, in qua non semel propria Cæsaris attributa, Regi Romanorum attribuuntur, & Cæsar & Romanorum Rex sæpe pro uno eodemque sumuntur. *A. B. t. 4. c. 7. & testatur Limn. in Aur. Bull. de Romanorum rege (qua tali scilicet) altum esse silentium, de iur. Pub. lib. 2. c. 15. n. 34.* Consequenter igitur omnia quæ de Romanorum Rege ibi dicuntur, de Imperatore intelligenda erunt. In Reecessibus quoque Imp. Rex R. pro Imperatore quandoq; sumitur. *Ord. Cam. zu Würmbß de anno 1497. tit. wir Prälaten und Grafen. in fin. ibid. Unsers Königl.ichen und Kayserlichen Cammergerichts.* Sic Maximilianus Imp. R. I. *de Anno 1512. in pr.* dicitur Römischer König & circa finem ejusdem. *s. Altd. und jede.* appellatur Römischer Kayser.

2. Nos autem de Jurisdictione Regis Romanorum acturi, eundem appellamus eum, qui ab Electoribus electus est Rex Romanorum in Cæsarem promovendus, ut loquitur *Aur. Bull. tit. 2. s. Ich N. Erzbischoff & c.*

3. Ethic ipse bifariam considerandus est, aut enim vacante Imperio eligitur, aut Imperatore adhuc vivo. Hoc variis ex causis fieri evenit, de quarum nonnullis, quas protulit Carolus V. cum de Rege Romanorum sibi adjungendo laboraret, *Vid. Limn. de iur. Pub. l. 2. c. 15. n. 31. ex Schleidan. lib. 7.* Vacat Imperium quandoq; morte Imperatoris, mors enim omnia solvit. *Nov. 2. c. 20.* quandoque resignatione, uti cum Imperat. Lotharius monasterium Prumiense ingrederetur. *Otto Frising. lib. 6. Chron. c. 1. & seculo proxime præterito, Cum Carolus V. imperio se abdicans monasticam amplecteretur vitam.* Vacat præterea Imperium, quando Imperator ob legitimas causas de folio Imperatorio remouetur, cujus exemplum habemus in Adolpho & VVencislao Imperatoribus.

4. Is qui vacante Imperio est electus, statim vi electionis, nulla profus dilatione attentà, Imperator est atque vocatur. *Domin. Arn. discurs. ad Aur. Bull. consl. 21. ac proin sine dubio eandem*



Regem habet Jurisdictionem, quam ipse Imperator, cum omnia pos-
 sit, quae ipse potest, etiam ante coronationem Paul. Parif. *conf.* 1.
num. 4. *volum.* 2. *per. gl. commun. in c. legitimus. dist.* 93. Magn. Dn. Reink.
 de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 7. n. 6. vid. Arum. d. *conclus.* 21. multo magis ante
 Pontificis Rom. confirmationem seu approbationem & corona-
 tionem, quod multis probat Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 2. Sect. 9. p. t. &
 ligant maxime ea, quae habet n. 23. & 24. (dissentiunt Canonista
 in c. venerabilem. Extr. de Election. qui essentialia & quidditatem cum
 accidentalibus, & Solemnitatibus confundunt) Quod & solidif-
 icandè demonstravit Georg. Sigismundus Seldus. Caroli V. Ferdin-
 andi I. & Maximiliani II. Imperatorum Cancellarius In seinem
 Bedencken an Ferdinand von der Wähl. & hac ratione Gufmannus
 Ferdinandi I. Romanorum Regis electi ad Pontificem legatus,
 ab eodem audiiri noluit, nisi ut Caesareus legatus audiretur. Thu-
 en. 21. *Histor.* Antequam autem in aliquibus causis virtute sacri
 Imperii administret, universis & singulis Principibus. Electoribus
 privilegia & c. confirmare & approbare debet. *Aur. Bull. tit.* 2. § und
Wewel de antiqua.

5. Illum itaque propterea hic nomino Regem Romanorum,
 qui vivo adhuc & spirante Imperatore eligitur. Hic est perpetuus
 Imperii vicarius. Matth. Steph. 2. de *Jurisd. part.* 1. c. 2. n. 51. Thom.
 Michel. de *Jurisd. conclus.* 29. Schönborn. 5. *politicor.* c. 19. & potest ab-
 sente vel impedito Imperat. imperii exercere jura. *Ord. Cam. part.*
tit. 1. §. nemlich wollen die Röm. Kayf. Majestät. tit. 4. pr. *ibidem.* R.
 de Anno 1555. §. und sollen in oberzehlten. ibi die Kayserl. Majest.
 oder in dero abwesen auß dem Reich/ auß ihres vorhabens & c. & pro-
 videren & Jurisdictionem, cum ea, hodierno loquendi usu jurium
 Imperii & potestatis politicæ nomine contineatur, ut supra di-
 ctum est.

6. Hujus vigore praescribit Ordinationes supremi judi-
 cii. *Ord. Cam. zu Augspurg Anno 1555. proem. & passim.* Praescribit Cam-
 eræ Imperiali Praesidem d. *Ord. Cam. part.* 1. tit. 4. pr. & uti feuda-
 majora regalem dignitatem annexam habentia concedere valet.
 Magn. Dn. Reink de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 14. n. 60. ita & eidem super
 his jurisdictionem competere. eo casu da dieselbe einem theile gänzlich
 lichen und endtlichen sollen abgesprochen werden/ dicendum videretur.
 potest praeterea Bannum noxiis indicere & exequi, Gail. de *pac.*
public. c. n. 9. Kayserlicher Landfriede zu Augspurg Anno 1548. tit. von
 auff



30
auffgerichtetem Landfrieden / s. und oberrand: Potest Bannum sus-
pendere. R. I. zu Speyer de Anno 1544. §. und sollen Eopflarschen.
Potest Bannum motare in moldam. Kayserliche Landfriede de An-
no 1548. ut. von gewalt des Cammergerichts. aut ab eo omnino ab-
solvete. R. I. zu Speyer Anno 1542. §. die Kayserliche Majestat und
wir. de Anno 1544. §. wir und unser freundlicher lber Bruder. quod
tamen omne de eo casu intelligendum est; quando Imperator
Impeditus vel absens est. quod & dd. tex. requirunt. Et ut multa
paucis comprehendam: Hoc casu potest omnia, quae alias ipse
Imperator. Thomas Michael de Jurisd. Contl. 29. & habet id eum
Imperatore tribunal. arg. c. non putamus. de consuetud. in 6. nec ab eo
appellatur. arg. c. Romano. de Appellat. in 6.

7. Anne autem proprio jure, an veto Imperatoria aucto-
ritate ea de quibus dictum est faciat? de hoc maxime inter se di-
gladantur Publici Juris consulti & Politici. Carpz. de Leg. Reg.
Germ. c. 11. sect. 5. delegatam ipsi tantum tribuit Jurisdictionem, id
que tribus confirmat argumentis, *ibid.* n. 16. 17. 18. suzq; sententiae
subscriptes adducit Gilman. in *Symphorem. Cameral.* & Tobiam
Paurmeist. l. 2. c. 5. n. 8. & seqq. (in ea sane impressione, qua p. t. ut
allegato loco ne apex quidem hac de re mentionem facit) Ordina-
rium veto & propriam Jurisdictionem ipsi adscribunt. Mag.
Dn. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. c. 14. n. 46. & seqq. Matth. Steph.
de Jurisd. l. 2. part. 1. c. 2. n. 53. S. hönborn. *Politico.* l. 5. c. 19. Cluten.
Syl. *Rev. quor. th.* 23. Reinlt. Köwig. *Theatr. Polit. pa.* t. 1. c. 24. n. 9.
seqq. Magn. & Ampl. Dn. Schütz. de *Jur. Publ.* Vol. 1. *Disp.* 5. th. 3. lit. B.
Respondet adhibita distinctione, ut si habeat Rex Rom. manda-
tum ab Imperatore, tunc & suo & Imperatorio nomine admini-
stret. Si non habeat, administret nomine & jure proprio, quem
sequor.

SECTIO III.

De Jurisdictione Vicariorum Imperii.

1. De Vicariorum Imperii Jurisdictione facilius erit tra-
ctatio, si praemisero, quoniam illi sint, & quando suis fungantur
Muniis. Utramque hanc de finitione includitur. Vicarii sunt pro-
visores, *A. B. tit. 5.* ubi esse debet provisor. qui vacans Imperium, Impe-
ratoris vicem sustinentes, universaliter, prodiviso administrant.
Magn. Dn. Schütz. *Vol. 2. Disp.* 5. th. 8.



2. Vicarii olim in Rep. Romana varii erant, de quibus vide cujacin parat. Cod. de off. vicar. & adhuc multi sunt, qui se Imperii vicarios appellant. Sabaudia: Dux Imperii dicitur Vicarius per Italiam in epist. ad Marthiam Imperatorem scripta, cujus pars extat apud Carpz. de L. Reg. Ger. c. 7. Sect. 7. n. 12. item Dux Mediolani. Car. Sigon. lib. 20. de Regn. Ital. Mantua: Dux. Roi. à Vall. de tur. dor. quest. 3. n. 3. Montisferati. Scip. Gent. 2. de turisd. c. 9. & alii quidam dicuntur Imperii vicarii. Sed de his Vicariis hic non loquitur, ut pote qui speciales sunt. & quorum famiilis dignitas ista potius titulo tenus data est, quam ut exinde reali aliquo fruantur jure.

3. Nostri Vicarii sunt Elector Palatinus, & Saxo. Aur. Bull. tit. 5. Post pacificationem Osnabrugensem hæc dignitas est translata à domo Palatina ad domum Bavaricam, Pac. Germanico-Succ. art. 4. §. & primo quidem. Hodie igitur dicendum est nostri Imperii vicarios esse Electorem Bavarum & Saxonem, & quidem hinc duo tantum A. B. d. tit. 55.

4. Excluditur ergo Collegium Electorale, quod aliàs admittendum videbatur, cum capitulum in administratione & Jurisdictione succedat. c. his qua. n. c. cum olim. 14. X. de major. & obed. c. 1. eod. tit. in 6. Satis temerario ausu hunc vicariatum sibi adscripsit Pontifex in c. un. extr. avag. Ne sed. vac. aliq. innovet. Cui assentiuntur aut assentantur potius plerique Canonistæ, quos refert Buxtorf. ad A. B. Concl. 5. Sed cur ipsos refellam, quos usus falsos & fallaces demonstrat? vid Carpz. de Leg. Reg. Germ. c. 11. Sect. 12. n. 2. 3. 4.

5. Dicitum quidem supra, quod vicarii vacans Imperium administrant quod expressis verbis A. B. r. tit. 5. adseritur. Proprie autem Imperium vacare dicitur, quando ut supra retuli Imperator vel moritur, vel se Imperio abdicat, vel ab eodem removetur. Anne ergo etiam ad casum absentia hoc privilegium referendum sit, dubitatur. Ego id affirmandum statuo per ea quæ habet Carpz. de L. Reg. Germ. c. 11. Sect. 14. per tot. Magnif. Dn. Schütz th. 9. disp. de Vicar. Imp. quæ est in Nucleo Disp. editarum Cura Nicol. Hampel Typegr. idem Coll. Jur. publ. vol. 1. Diss. 5. th. 11. lit. C.

6. Hi Vicarii cum ut dictum est, Imperatoris vices sustineant, regulariter tempore Interregni, vel absentia Imperatoris omnia quoque possunt, quæ alias Imperator. Dico regulariter, ad ostendendam hæc eorum potestatem in quibusdam esse limitatam;



70
tam; uti in Feudis principum & aliorum Regalem dignitatem annexam habentium, vulgò *Sanslehn*, quæ conferre non possunt *A. B. tit. 5.* quod & de Feudis Ecclesiasticis Majoribus vulgò *Zeptete* & *ehn* dicendum est. Magnif. Dn. *Schütz* vol. 2. *disp. 5. th. 19.* Alienare aut obligare etiam nihil possunt quod est Imperii *A. B. d. tit. 5.*

7. Dicitum præterea in definitione, eos universaliter quidem, sed tamen pro diviso administrare. Quod universaliter administrant, omnes ferè comprobant DD. Juris Publici. Thom. Michael. *de iur. concl. 29.* ibi. *totius Imperij.* Freher. *de Orig. Palatinat. lib. 1. c. 15.* Befeld. *de reg. Success. libr. 3. differr. 4. th. 5.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 58.* Limnæus verò *de iur. Publ. l. 3. c. 12. n. 18.* id videtur non male restringere ad totum seu universale regnum Teutonicum, licet ipsi regeri possit, ex rationibus à se allatis excludi quoque Regnū Arelatense, quod tamen Palatini Vicariatui subesse patet ex eo, quod ipse allegat *d. loc. num. 13.* ex Gold. *in der Vorrede der Reichs sagung p. 291.* Administrant pro diviso, ita ut Palatino (Hodie Electori Bavaro) cesserint partes Rheni, Sueviæ, & juris Franconici. Saxoni ea loca ubi juræ Saxonica in usu sunt, quod specialius declaratum vide apud Goldast. in præfatione der *Reichs sagung.*

8. Sic itaque pro diviso administrant, quod tamen limitatur quoad Cameram Imperialem. Hæc enim, quamvis in tractu Rhenano sita sit, non tamen eam propterea tribuerim solius Palatini (hodie Bavari) provisioni Cum Brudlach. *apud Arum. tom. 3. de iur. Publ. discurs. 1. th. 52.* Sed omnia ibidem nomine Vicariorum peragenda sunt, uti factum post mortem Rudolphi II. & Matthiæ Imp. ut notat *Limn. d. l. P. l. 3. c. 12. n. 12.*

9. Habent Vicarii Jurisdictionem omnimodam *A. B. tit. 5.* & Ordinariam. Magnif. Dn. *Schütz* *de iur. Publ. vol. 1. Disp. 5. th. 14. lit. A.* Judicantq; de omnibus causis civilibus criminalibus & feudalibus ut vult. Carpz. *de Leg. Reg. c. 11. Sect. 15. n. 6.* per generalitatem textus in *Aur. Bull. d. tit. 5.* adeo ut nec feuda regalem dignitatem habentia excludat, (à qua sententia dissentit Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 3. concl. 40.* & cum eo Brudlach. *diff. discurs. th. 60.*) & judicant sine omni provocationis remedio, cum idem de eorum appellatione sit statuendum, quod de illa, quæ sit ab Imperatore Buxtorff. *Ad Aur. Bull. Conclus. 63.*

Sectio

De Jurisdictione Statuum Imperii.

1. Vocabulum status varias tam in jure Publico, quam privato habet significaciones; vide de harum nonnullis Limn. *de Jur. Publ. l. 1. Cap. 10. num. 1. & seq.* Huc facit *tor. tit. ff. de statu Homin. Et l. 5. §. 2. ff. de var. & extr. cognit.* huc refer quoq; quæ habet Magnif. & Ampl. Dn. Schütz *Coll. Jur. publ. vol. 1. Disp. 1. tit. 14. & 25.* Status proprie hic appello, qui Cæsaris & communi Consensu Procerum Imperii in album sive matriculam Imperii, in quâ status cæteri descripti, recepti reperuntur. *Limn. de Jur. Publ. Lib. 1. c. 7. n. 65.* Vel qui proprio Jure unâ cum Imperatore in Comitibus statuere possunt. *Carp. de Leg. Reg. Germ. c. 5. Sect. 11. num. 28.*

2. Hi sunt vel Ecclesiastici vel Politici & distinguuntur in tres classes. Magn. Dn. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 3. n. 1.* Dan. Otto *de Jur. publ. c. 17.* Cum in Comitibus per totidem classes suffragia ferantur. *Lampad. de rep. Rom. Germ. parr. 3. c. 3. n. 22.* Ut sunt 1. Electorum 2. Principum, quorum appellatione Comites & Barones comprehendo. *Shrad. de Feud. p. 10. Sect. 1. num. 28.* 3. & Liberarum Imperii Civitatum, quæ & ipsæ sunt egregia Imperii nostri fulcra. *Autor. des Gründlichen Berichts des H. Reichs Statt Friedberg p. 1. c. 15. n. 14.* quarum opes & robur, opes & robur Imperii sunt. *Peucer. l. 5. Chron. in vita Carol. IV.*

3. Horum jus ac potestas concernit vel superiora, & gubernationem totius Imperii, quâ consultant unâ cum Imperatore in publicis Imperii Conventibus. *Math. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 1.* Christoph. Mingius *de superior. terr. concl. 4.* hæc non est hujus loci. Vel concernit inferiora, & administrationem suarum Ditionum Magn. Dn. Reink. *de Reg. Secul. & Eccl. l. 1. cl. 5. c. 8. n. 1.* quæ ipsis non quidem competit, quâ status sunt, sed quâ Domini territoriales. Distincta enim sunt, statum esse & territorii habere jura, *Limn. d. l. P. l. 1. c. 7. n. ult.* Hæc potestas respectu subditorum considerata ex parte erit objectum nostri discursus.

4. Dixi ex parte: non enim me diffundam ad alia, quam quæ ad propositam materiam pertinent; ut sunt præcipue illi status, qui versantur circa justitiæ administrationem, infallibile illud superioritatis territorialis symbolum & Kryterion. *Reink. l. 1. cl.*

li. cl. 5. c. 4. n. 98. ex quo vulgatum illud: Dominus tuus est, qui te
judicat. Christ. Ming. de super. terr. concl. 70. Thom. Mich. de Jurisd.
concl. 52. lit. A.

5. Habent autem status & reliqui Domini territoriales
in suis districtibus jurisdictionem (ut supra dictum est, in prima
instantia) omnimodam, civilem & criminalem die hohe ländliche
herrlich und Gerechtigkait mit allen Gerichten/Ordnung / mittelst und
Niedrigst mit allen ihren Ehren/Würden/ Freyheiten/ Nutzen und
Zuhörungen. Ming. d. concl. 70. ex Ernest. Cothman. Resp. Acad.
num. 260.

6. Habent & hoc status, ut secundum propria & localia
statuta jus dicere queant, quod & ipsum Camera in secunda in-
stantia sequi tenetur. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 59. ibi. nach redlichen/
Ehrbaren und ländlichen Ordnungen / statuten und gewohnheiten
der Fürstenthümer/ Herrschaften und Gerichte. &c. meritißim d' ad-
judicirte Ord. redlichen und Ehrbahren. quid si enim alicubi hoc
vel illud delictum de consuetudine non puniretur? uti de adul-
terio in Francia usu receptum esse testatur. Joh. Fab. ad §. sine scri-
pto. l. de iur. nat. G. & C. ita ut Curia male acceperit Molinum ob
adulterium esse suspensum, & plerique palam testati sint, se esse
alienos ab eis, qui adulterii hucusque impunitis, nova & apud
Gallos in audita severitate penam capitis statuerent Thuan. Hist.
libr. 35. verum hoc exemplum hoc in loco impertinens videtur,
cum in criminalib. causis ad Cameram non provocetur, ut secl.
seq. dicitur ex Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. item nach dem auch.

7. Exercent Status suam jurisdictionem per certos ju-
dices & Magistratus quos constituere possunt atque destituere
haben die macht Gerichte zu besetzen und entsetzen. / quod est signum
Dominii & superioritatis. Thom. Michael. de Jurisd. concl. 52. lit. A.
Magnif. Dn. Reink. d. R. S. & Ed. l. cl. 5. c. 4. n. 104. per l. 1. ibi. quia ad Cu-
ram Principis Magistratum creatio pertinet. ff. ad L. tul. de ambit. Hoc
jus à nonnullis ad Regalia refertur. vid. Sixtin. l. 2. c. 15. n. 4. & seq.
quas opiniones conciliat Magn. Dn. Reink. all. loc. n. 106. & seq.
Huc pertinet etiam constitutio dicasterii provincialis, Wen man
ein Hoffgericht anrichtet. vid. Ming. d. concl. 70.

8. Ad Statuum jurisdictionem quoque pertinet jus ap-
pellationis recipiendæ, quod Refortus vocant. Thom. Michael.
de Jurisd. concl. 54. Non valet tamen conclusio: Hic vel ille Status
non

non est iudex appellationis, ergo non est Dominus loci è quo appellatur. Sic à civitate Hamburgo directò ad Cameram appellatur, si summa est intra 600. Florenos. Gylmann. *Symphorem. tom. 3. fol. 32. Limn. de tur. Pub. lib. 7. c. 23. n. 14.* quam tamen immediatam Imperii civitatem, ob Homagium quod Illustrissimo Duci Holstatiæ præstat, non admittit Limn. *d. l. n. 7.* quam litem revisorium Judicium, in quo pendet, dirimet. Eodem modo Gost / Hervort (quæ jam Imperiali decreto, quod vide apud Magn. Dn. Reink. *l. 1. cl. 4. c. 21. in fin.* est declarata libera Imperii Civitas) Wesel / ~~Wesel~~ prætereunt suos, quibus obstricti sunt, Dominos. Victor. *de causis Exem. concl. 36.* Potest enim Princeps per contractum hoc jus à se abdicare. Magn. Dn. Schütz *coll. tur. publ. vol. 1. Diss. 6. th. 20. lit. E.* uti factum Anno 1338. quo Rostochienfes hoc jus, ut prætergressa curia Ducali Lubecam appellent, à Duce quodam Megapolitano titulo emtionis acquisivisse dicuntur. Magn. Dn. Reink. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 128.* Potest & præscriptione hoc jus acquiri. Thom. Michael *de iurisd. d. concl. 54. lit. B. in fin.*

9. Dictum est quomodo & per quos status iurisdictione exerceant, nunc paucis videndum, circa quæ ea occupetur, ubi primo occurrent res & personæ Ecclesiasticæ; verum de iis dictum est *supra c. 2. Sect. 1.* cæteræ quoque omnes causæ tam civiles in prima instantiâ, quam criminales ad, eorum pertinent iurisdictionem, exceptis nonnullis de quibus supra hoc c. 3. *S. 1. n. 4.* actum est, quæ statim ad sacrum Imperatoris pertinent tribunal.

10. Sicuti Principes fontes condemnare possunt, ita quoque habent jus Capitales pœnas remittendi R. I. zu Speyer. *de Anno 1526. §. Es soll sich auch.* Thom. Michael. *de iurisd. Concl. 76. lit. B.* Biedenbach. *quest. nobil. 7. vers. abforderung oder nachlassung der Straffen.* Magn. Dn. Reink. *d. tr. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 24.* Knichen. *de Saxon. non prov. jur. vers. Ducum. c. 5. n. 4. o.* Cautè tamen hoc jure, utendum suadet Limn. *de tur. Pub. l. 4. c. 2. n. 277.* In omni autem remissione primò videndum, ut delictum sit remissibile; hoc est, non sit contra jus divinum, naturale aut gentium ut sunt Blasphemia, homicidium, & Hoc posterius contra omnes has leges esse dici potest. vide Limn. *all. loc. n. 282.* secundo requiritur, ut persona delinquentis potissimam remissionis causam præbeat, aut forsam utilitas vel quies publica illud suadet. Idem. *all. loc. n. 287.*

G

11. Hu-



11. Huic vicina est illa quaestio; An Princeps vel status famam imminutam redintegrare, vel amissam restituere queat? quod adfirmat Christoph. Ming. de Superior. terr. Concl. 74. per R. I. in Speyer de An. 1526. §. und toewot der gemeine Man. Verum ex all. loco. potius contrarium dici posset, cum textus loquatur de certa & speciali restitutione statibus concessa, quæ opus non fuisset, si beneficio territorialis Jurisdictionis restituere potuissent. Respondeo; eo casu subditos rebelles in totum Imperium peccasse ac proinde totius Imperii decreto, speciali opus fuisse concessione; quod si enim status restituissent absque hoc decreto, non per totum Imperium proficua fuisset restitutio; cum extra territorium jus dicenti impudè non pareatur. l. ult. ff. de Jurisd. Hoc notandum est, in hac restitutione opus esse, ut Princeps speciatim exprimat se famæ simul restituere. l. ult. §. ult. C. de sent. pass. & rest. generalis alioquin restitutio reditum quidem deportatis tribuit, non tamen reservavit integram & illibatam existimationem. l. 7. eodem cum indulgentia, quos liberat infamiam criminis non tollat, sed gratiam pœnæ faciat. l. ult. C. de General. abolit. Facta tamen æquipollent nonnunquam verbis specialibus, ut cum miles ob militare delictum notatur, restituitur vexillo super eum rotato & in gyrum circumactio. Wan man die Fahnen über einen schwinget. Vel quando Princeps aliquem dignitati præficit, quam nemo nisi integer famæ, administrare possit. Gl. in c. præterea, de restogend. DD. in l. quidam consulebar. 57 ff. de re iud.

12. Consequens est quoque Jurisdictionis, jus concedendi inducias moratorias vulgò Aufstadsbriefe oder quinquenellen. Thom. Michael. de Jurisd. Concl. 47. lit. D. quod ratione Jurisdictionis territorialis Statibus competit. Ming. de concl. 74. videbatur quidem dicendum per l. ult. C. qui bon. Ced. poss. l. 2. l. 4. C. de prec. imp. offer. Reformation gütter Policien de Anno 1548. tit. von verdorbenen Rauffleuten. Policien Ordnung in Franckfurt gebessert de Anno 1577. tit. 23. §. sin. Imperatori soli hanc concessionem competere, & olim fortassis competit; sed hodie usus docet contrarium. Magn. Dns. Reink. de R. S. & E. l. 1. c. 6 n. 38. Horum autem concessionem tantum profunt quoad proprium territorium Imperatoris quoad totum Imperium. Limb. d. l. & c. n. 320. In omni concessione requiritur. 1. ut creditores omnes, aut major pars consentiat. Strach. de Decretor. part. 6. n. 20. 2. ut idonea præstetur cautio, in termino solven.

67
Solvendi. d. l. ult. C. de precib. Imp. off. modo à creditoribus petatur.
Wehn. pract. obs. verb. anstetßbriefff 3. ut dilatio quinque annorum
spacium, præfinitum in d. l. ult. & const. Imp. Car. V. de Anno 1548. cit.
von verdorbenen Kauffleuten non excedat Wehner. d. loc.

13. Ut eo magis omnem evitem prolixitatem, multa pau-
cis includam cum Thom. Michael. de iurisf. d. concl. 59. Status Imperii
non solum in subjectis provinciis universaliter, sed singulis quo-
que earum finibus contentis, iisque adjacentibus & accessoriis
locis & pertinentiis, quoad omnem Jurisdictionis & Imperii spe-
ciem, soli fundatam intentionem habent.

14. Quid autem, si nec in territorio neq; extra territo-
rium cadaver interfecti hominis reperiatur, sed ita, ut solum duo-
rum Dominorum attingat? cuinam eo casu dasß auffheben/
Greischysand/ stich und Wunden maffen zunehmen competat, tres
sunt præcipuæ opinioniones. Bachov. ad Treutl. v. 1. Disp. 19. th. 4. Alii
ei hoc tribuunt in cujus territorio caput quiescit, cum principa-
lis corporis pars sit. l. 44. ff. de relig. & sumt. sum. alii contendunt e-
jus esse cognitionem, in cujus territorio pedes reperiuntur. Cum
ibi stetit credatur. Alii utrique eam deferunt. ut Treutl. Vol. 1.
Disp. 19. th. 4. quem sequitur Bachov. ibidem. cui & ego subscribo.
Optimè monet Schneidevvin. ad instit. s. quadam actiones ibi. Actio-
nes Finium Regundorum. n. 11. de Actionibus ut confines inter se hoc ca-
su conveniant, ne forsan contrarias proferant sententias. Præfer-
tur tamen is, coram quo, lis est contestata, cum de delicto ejusdem
hominis bis quæri non debeat. l. 14. de Accus. l. pen. Naur. Comp. Strab.
Hac in re omninò novam decisionem habet Limn. d. c. 8. n. 200.
ubi num. 193. & seqq. Gotfrid. Müller disp. feud. 3. th. 11. rem explicat
distinctione, quam vide apud Limn. d. loc. n. 193.

S E C T. V.

De Camera Imperialis Jurisdictione.

I. Camera Vocabulum dignitatis est maximæ, quod Ca-
mera consistorialis Romæ & Camera Imperialis Germaniæ no-
bis suggerunt Limn. de iur. publ. 9. c. 2. n. 1. ubi & in seq. hujus vocis
significatus varios adducit. Conjunge Obrecht. Disp. 1. de iudic. c. 1.
th. 53. 58. 63. 66. Ego eam hîc definio, quod sit supremum Imperato-
ris & Imperii tribunal, quo apud Imperii iudices seu adfessores

G 2

legi-

legitima rei. controversæ inter litigantes tractatio instituitur.
Brudlach. lib. 7. Epit. iur. Publ. c. 8. n. 5. Dico quod sit supremum. Sic
vocatur Ord. Cam. p. 1. tit. 3. ib. daß oberste vnd letzte Gericht. Vocatur
autem nonnunquam simpliciter daß Kayserliche Cammergerichte.
Ord. Cam. passim.

2. Institutum est hoc iudicium ut quilibet cum minore
difficultate iure suo potiri possit. ut apparet ex R. I. zu Augspurg
de Anno 1566. §. nach dem der gemeine Frieden, cum olim, antequam
hoc erigebatur, litigantes Imperatorem et ique Curiam magnis
expensis sequi cogentur. Eius primus fundator fuit ex communi
statutum consilio Maximilian. I. Anno 1495. Limn. all. loc. n. 4. De
loco ubi illud iudicium haberi debeat, initio nihil definitum est,
sed saltem statutum, ut in Imperio & loco haberetur commodo
Ordnung des Cammer Gerichts zu Wurmbz. Anno 1495. tit. wo
daß Cammer Gericht gehalten werden solle. Deinde in genere defi-
nitum est, ut certo esset loco, eodem tamen non assignato. Hand-
habung des Friedens zu Wurmbz Anno 1495. tit. daß Cammer-Ge-
richt an einem steten Ende zu halten. tandem communi Procerum
consensu in Comitibus Augustan. Spira Nemetum ipsi est assigna-
ta. R. I. de Anno 1530. §. darumb meinen vnd wollen wir:

3. De huius Iudice, Adfessoribus, Advocatis & Procura-
toribus & dereliquis personis, ut & eorum muneribus & jurame-
ntis hic agere mei proprie non est instituti nec tempus hoc
mihi etiam volenti permitteret. vide de his Ord. Cam. pariem pri-
mam per tot. Limn. all. loc. num. 9. usq. ad 50. quibus iunge, quæ habet
in additionibus num. 14. ex pacificatione Cesareo-Suecica. Magn. Dn.
Schütz. Coll. iur. publ. vol. 2. Diss. 2. th. 7. lit. C. ego me ad ejus iurisdic-
tionem succinctè tractandam accingo.

4. Eam quod attinet, primò videndum qualis sit, deinde
quodnam ejus sit objectum. Objectum illud consideratur affir-
mative vel negative. Affirmative consideratum versatur circa
personas vel causas. Personæ sunt vel Immediate & vel Mediate.
Causæ sunt vel primæ vel secundæ Instantiæ. Hoc perspicuo or-
dine præcedens initium faciam à qualitate.

5. Hæc consistit in eo quod sit propria & Ordinaria.
Thom. Michael. de iurisd. concl. 33. quam sententiam communem
esse testatur Limn. d. l. P. lib. 9. c. 2. n. 56. citatis ad hoc Gail. l. ob serv. 4. l.
n. 5. Mynling consil. 2. 4. n. 12. cons. 94. n. 45. Matth. Steph. de iurisd. l. 2.
part.

pare. r. c. 3. n. 27. Paurmeist. de iurisd. l. 2. c. 6. n. 31. & alios, quibus accedit Magn. Dn. Schüss Coll. tur. publ. vol. 2. D. 2. th. 7. lit. B. Contrarium tamen tenenti specialissimæ non desunt rationes, quas, congesit Limnæus. d. l. & c. n. 57. à qua sententia etiam se non admodum alienum profitetur d. n. 57. in fin.

6. An verò hæc ordinaria Jurisdictio privativè an cumulativè cameræ sit concessa? dubium est: vel quod idem est: an Imperator, vel iudicium ejus aulicum concurrentem cum Camera habeat Jurisdictionem? Affirmativum tuentur Gail. 1. obs. 121. n. 3. Myns. Consil. n. 20. Consil. 94. n. 4. Paurm. de iurisd. l. 2. c. 5. n. 32. Matth. Steph. de iurisd. l. 2. part. 1. c. 1. n. 218. & seqq. Hilliger. ad Donell. l. 17. Commentar. tur. civ. c. 9. Lit. N. p. 107. Arum. ad A. B. discurs. 3. th. 32. Jurisdictio enim omnibus Imperatoris inhæret Thom. Michal. de iurisd. concl. 8. & est proprium Principis officium jus dicere. Arist. l. 3. Polit. 13. in fin. hanc à se abdicasse ex nullis actibus Imperii aut constitutionibus probari potest: Jam verò quod imutatum non est, cur stare prohibeatur? l. 27. c. de Testament. Imò expressè Imperatores in se recipiunt Justitiæ administrationem ut in Capit. Ferd. III. moderni Imperatoris Invictissimi. art. zum ersten das wir. Et aperte Imperatori Concurrentia tribuitur apud Gilmann. Res. Ind. Cam. l. 2. decis. 54. in causa Würrenberg contra Desfreich num. 40.

7. Renunciavit quidem Imperator se nolle causas in Camera cæptas avocare. Ord. Cam. part. 2. tit. 35. R. J. zu Regensburg Anno 1541. §. und was betrifft. Non tamen inde sequitur Imperatorem se omnino privasse jurisdictionis potestate: Imò contrarium potius exinde adstruitur, cum exceptio firmet regulam; in casibus non exceptis l. 14. 15. & 16. ff. de LL. & renunciaciones sine strictissimi Juris. Tiraquell. in l. si unquam. in pr. num. 174. vers. adde & quod scripsit. C. de revoc. donat. huc facit Ord. Cam. zu Würmb. An. 1495. tit. Wir Prälaten Grafen & c. ibi. mit diesen Ordnungen und Satzungen soll sonst niemand seine Obrigkeit / Privilegia und Freyheit benommen oder abgeschnitten / sondern vorbehalten sein.

8. Pertinet quoque ad qualitatem Jurisdictionis Cameralis, quod supremum sit iudicium Imp. R. l. de An. 1530. §. dieweil nun vnser. ac proinde ab ejus sententiis nulla detur appellatio Ord. Cam. part. 3. tit. 51. Magn. Dn. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 2. c. 2. n. 10. Judicat enim vice Imperatoris quod patet non solum ex exp

80
presso textu *Ord. Cam. p. 3. tit. 12.* S. vñd so solche Citation, sed & præterea exinde, quod quotidie omnia mandata, sententia & decreta sub nomine & sigillo Imperatoris emanent. *Gail. 1. obs. 14. n. 1. Thom. Michael. de iurisd. concl. 34. lit. A.* Jam vero ab eo qui vice sacra iudicat non datur appellatio *l. un. C. de sent. Pref. prat. junct. l. 1. C. de off. Vicar.* Revisio autem à sententia Cameræ potest peti, de qua vide *Gail. 1. obs. 154. & seq. Cui adde C. 1. A. l. 42. tit. 1. d. 113. pr. l. 49. r. 1. d. 18.*

9. Nunc ad Cameralis Jurisdictionis objectum. Hoc dixi supra, considerari vel affirmativè vel negativè, affirmative consideratum sunt omnes Causæ & personæ, quæ ad ipsius Imperatoris Jurisdictionem pertinent *Ord. Cam. part. 2. tit. 27.* exceptis his quas specialiter Imperator sibi reservavit; quod constituit membrum objecti alterum, de quibus suo loco.

10. Personæ quæ Cameræ Jurisdictioni subsunt vel mediatae sunt vel immediatae. Mediatæ regulariter in prima instantia in Camera conveniri non possunt. *Ord. Cam. zu Wurmbß Anno 1495. tit. die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten zulassen. Ord. Cam. part. 2. tit. 1.* Erstlich ordnen vñd setzen wir / daß alle des H. Reichs verwandte und Unterthanen / bey ihren ordentlichen vñd inländischen Rechten vñd Gerichten zulassen.

11. Sunt tamen nonnulli casus quibus & mediatae statim ad Cameram spectant. *Ord. Cam. part. 2. d. t. 1.* ibi außserhalb der Fälle / die nach laut dieser Ordnung an daß Cammer. Gericht ohne mittel gehören uti si ordinarius iustitiam denegat. *d. t. 1.* ibi es were die sache & c. *ib. hac part. 2. tit. 26.* si Cameralis persona conveniatur *d. ord. Cam. par. 1. tit. 49.* Si status aliquis subditos convenire velit *Gail. lib. 1. obs. 1. n. 18. Mynf. 5. obs. 1. n. 1.*

12. Immediati Imperii cives regulariter, nisi jus Austregarum habeant, in prima instantia Camerali Jurisdictioni subiacent. *Ord. Cam. part. 2. tit. 2. & 27.* modo causa ad Cameram pertinet, de quibus suo loco dicitur. Dixi regulariter. Sunt enim nonnulli ab hac exempti, ut est Dux Lotharingæ. *Mynf. cent. 5. obs. 8. n. 1.* Dux Burgundia, *Mynf. diß. loc. Limn. d. loc. n. 122. & 123.* Thom. Michael. de iurisd. concl. 22. De Archiducib. Austriae idem testatur *Mynf. all. loc. verum Thom. Mach. d. er. concl. 23.* aliquot contraria affert præjudicia. Et allegat *Limn. d. loc. n. 124.* ex Buxtorff. *ad. A. B. c. 5. concl. 64. circa fin.* Carolum V. tanquam Archiducé Austriae

Austria à Camera esse citatum sequenti formula : wir Carl &c. Römischer Kayser/ambieren dir Carl von Oestereich etc. verum talia ad Aulam pertinent, non propriè ad Cathedram.

13. Tantum de objecti affirmativè considerati parte prima, nempe de personis. Progredior ad causas easq; invenio (ut supra quoque dixi) in duplici differentia. Aut enim in prima instantia ad Cameram pertinent, aut quoad secundam ad eam devolvuntur;

14. Fundatur Cameræ Jurisdictio quibusdam in causis quoad primam instantiam, ut est causæ fractæ pacis publicæ, quo spectant & aliæ causæ, uti citatio ad purgandum &c. de quibus Ord. Cam. part. 2. à tit. 9. usq; ad tit. 19. de hac Gail. d. obs. 1. n. 1. l. 1. item in causa fractæ pacis religiosæ, wan wieder den Religions Frieden gehandelt wird. Gail. 1. obs. 2. n. 1. in causis Fiscii Imperialis Ord. Cam. part. 2. tit. 20. §. ult. In causis quæ oriuntur ex pignorationibus Ord. Cam. p. 2. tit. 22. vid. Limn. d. loc. n. 143. in causis privilegiorum Cæsaris Gail. d. l. 1. obs. 1. n. 7. In causa ex L. diffamari, si diffamās Immediate Imperio est subjectus. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. Gail. 1. obs. 1. n. 15. & plenius d. l. 1. obs. 9. 10. 11. 12. In causa denegatæ ab inferiori Justit. Ord. Cam. part. 2. tit. 26. In Causis Arrestorum, quando Immediate Immediatum vel ejus bona arrestat (ut loquuntur) V. Recept. Imp. de anno 1570. zu Speyer §. wan auch die Arresta. & de Anno 1594. zu Regensburg §. Bey den Arresten seind. Limn. d. l. n. 144. Item eo casu quando Immediate dandi tutores, competens est Camera. Gail. d. obs. 1. n. 47. & obs. 93. n. 2. Item in absolute à Juramento ad effectum agendi. Ord. Cam. p. 2. tit. 24. & aliis causis quas vide apud Gail. 1. obs. 1. p. 1. Limn. d. loc. à. n. 125. ad n. 153. Magn. Dn. Schütz Coll. Jur. Publ. vol. 2. Diss. 2. th. 7. lit. B. circa fin.

15. Quomodo causæ in secunda Instantia ad Cameram deducantur apparet, ex Ord. Cam. part. 2. tit. 28. Cujus initialia verba adscribam, cum ibidem hujus rei summa contineatur. Es soll nicht alleine von den Urtheilen/durch die Ordentliche Untergerichte/dem Kayserlichen Cammergericht ohne mittel unterworfen / auß gesprochen/sondern auch in den Rechtsfertungen / so gegen Churfürsten/Fürsten/Fürstmäßigen/Pra laten/Graffen/Herrn/und Ritter schaffren/durch andere oder unter ihnen selbst sürgenommen und gegeben/einem Theil. / der sich mit gesprochenen Urtheilen beschwert befindeit/

findet / an daß Kayserliche Cammer-Gerichte zu appelliren zugelassen
sein / inmassen hieroben / von den richtlichen Aufträgen in erster In-
stanz weiter geordnet und versehen ist / doch einem iden sein Privilegiū
und Freyheiten derhalben vorbehalten.

16. In Causis mediatorum ad Cameram deducendis ma-
ximè prospiciendum est, ut summa sit appellabilis; alias enim
non recipitur. *d. Ord. & rit. §. und sonderlich.* ita ut appellans in sup-
plicatione semper discretis verbis hanc qualitatem narrare debe-
at. videlicet summam litigiosam ordinationi vel privilegio con-
formem esse. *Gail. 1. obs. 123. n. 1.*

17. Est autem summa appellabilis vel legibus definita,
vel speciali privilegio huic vel illi statuum indulta. Summas pri-
vilegiatas, quantum eas scire possibile est, huc adferrem, nisi bre-
vitas temporis me ad generaliora adstringeret.

18. Ea summa quæ Legibus expressè est definita, alia fuit
olim, alia nunc est recepta. *in d. ord. r. 28. §. und sonderlich.* requiri-
tur ut valor rei, de qua appellatio fit, excedat 50. florens Rhenan-
nos. Cum deinde malitiosæ appellationes indies magis magisque
augescerent, constitutum est *in R. l. de Anno 1570. zu Speyer / §. also*
wir dan auß, ne appellationes reciperentur, quarum valor esset
infra 150. Flor. Rhen. Et cum ne hac ratione malitiæ satis præ-
cluderetur semita, tandem summa appellationis ad 300. Flor.
Rhen. est extensa. *R. Or. des Deputation Tages zu Speyer Anno*
1600. §. wir wollen nun auch. Loquuntur autem allegati textus
de appellationibus infra dictam summam non interponendis
aut, à Camera recipiendis. Is autem qui in prima instantia ibi
competens habet forum sive ab Immediato sive à Mediato con-
veniatur etiam infra illam summam coram Camera comparere
tenetur. quod præjudicii firmat. *Limn. d. loc. n. 165. Vide & alias*
causas, in quibus prædictæ summæ non habetur ratio, apud Gail.
1. obs. 123. n. 4. & seqq. cui junge die unablöstliche Gütd / Zins / oder
Nützung / super quibus appellari potest, si modo inde sex florenor-
um annuorum reditus percipiatur. R. Imp. de An. 1579. zu Speyer
§. was aber unablöstliche &c.

19. Ab Austregis quoque ad Cameram appellatur *Ord.*
Cam. p. 2. rit. 2, & §. darauff p. 2. rit. 28. pr. non tamen indistincte hoc
procedit. *Limn. Lib. 9. c. 5.* sunt enim causæ quædam, quæ ad Au-
stregas quidem, non autem ad Cameram pertinent.

20. Nunc

20. Nunc paucis agam de Objecto Jurisdictionis Cameralis, negativè considerato; de iis nempe Causis, quæ ei non subiacent. Has inter ut dignitate, ita & Ordine primum meritò sibi vindicant locum Causæ Spirituales & Ecclesiasticae. Mynf. 1. obs. 100. nisi, si saltem ex interdicto tam recuperandæ quam retinendæ possessionis agatur. Mynf. 2. obs. 67. n. 1. possessorum enim cum temporale sit, ad judicem Laicum pertinet Gail. 1. obs. 38. n. 3. Item Matrimoniales, uti dixi supra c. 2. sect. 1. n. 7. Causas item Fürstenthum, Herzogthum, Graffschafften, &c. belangent im solle sie einem theile gänzlichen vnd endlichen sollen abgesprochen werden, solus Imperator sibi reservavit, uti supra, ubi de Imp. Jurisdictione actum est, satis, pro instituti ratione, ut arbitrator, probatum dedi. In Criminalibus quoq; ad Cameram non provocatur, nisi forsan nullitas in processu sit commissa. Ord. Cam. part. 2. tit. 28 §. item, nach dem auch R. 1. de An. 1530. it. als ist eiliche zeit, vel agatur conditione ex constitutione fractæ pacis publicæ. Mynsing. cent. 2. observ. 98. n. 8. Cent. 5. obs. 52. n. 4.

21. De Jurisdictione Curie Imperialis Rothvilenfis, & Judicii Westphalici non nihil subnectere mecum constitueram: Verum cum properandum mihi sit, & de illo abolendo jam antea agitata sint consilia. Vid. Instr. pacis Cesareo-Sueciae Artic. 5. §. demig. cum etiam 23. Hoc vero jam dudum ab usu recesserit, Sailer. in sentent. Cameral. 9. Febr. 1512. & 27. Mart. 1538. Non video, qua ratione his diutius Immoraturus, operæ pretiū sperare queam. Videantur de judicio Rothvilenfi, Paurmeist. Lib. 2. de iurisd. c. 6. Matth. Steph. l. 2. de iurisd. part. 1. c. 3. n. 20. 21. 22. & 23. Wehner. pract. obs. verbo Ehechafften. & verbo Rothweilische Hoffgericht. Limn. de iur. Publ. l. 9. c. 3. De judicio Westph. videatur Zalin l. 3. de iurisd. n. 30. Schrad. ad l. 1. n. 17. C. de hared. inst. V. Vehn. Pract. Obs. verb. Westphalisch Freygericht. Mentionem ejus facit Aventin. Chron. lib. 4. Iohan. Pom. in der Sächsischen Chron. Münster. Cosmograph. lib. 3. c. 451.

Epilogus

Hucusque, Candide Lector, in mundum redacta fuerunt, quæ de Jurisdictione, loco Inauguralis Disputationis concepi, quum certas ob rationes Ratisbonensia Comitum ut inviserem, mecum constitui. Hisce igitur

G

Ty-

Typographo traditis, illuc me contuli. Cum autem inde
redux, ea typis descripta invenirem, totq; paginas iis re-
pletas deprehenderem; Veritus sum, ne præsens Discus-
sus in tractatus potius, quam Disputationis debitam ex-
cresceret magnitudinem, si id, quod restat, adderem. Sa-
tius igitur esse arbitratus sum, filum hîc abrumperè, quàm
ulteriorem tuam exorare patientiam, aut eadem abuti.
Hiscè igitur fave, & vale.

SOLI DEO SIT LAVS ET GLORIA.

Dispositio eorum, quæ addenda forent.

Cap. IV. De Jurisdictionis Obiecto.

*Cap. V. De Jurisdictionis Causa formali
& finali.*

Cap. VI. De Jurisdictionis effectibus.

*Cap. VI. Sect. I. De foro Competenti ratio-
ne personarum, ubi in Specie de Foro Impera-
toris, Regis Romanorum, Vicariorum imperij,
& de Austregis.*

*Sectio II. De foro competenti ratione
Causarum.*

*Sectio. III. De Foro competenti ratione
Rerum.*

*Sectio IV. De Foro competenti ex Accidenti
quodam, veluti, ob Domicilium, Pactum, con-
tinentiam causæ &c.*

Sectio

Sectio V. De Actione ex Edicto de albo corrupto.

Sectio VI. De Edicto: quod quisq; Juris in alium statuerit ut ipse eodem Jure utatur.

Cap. VII. De modis acquirenda Jurisdictionis.

Sectio I. De Acquirenda Jurisdictione per Investituram.

Sectio II. De acquirenda Jurisdictione per Successionem in Feudis, qua in nostro imperio Romano-Germanico triplex. 1. Successio in specie sic dicta. 2. Ex simultanea investitura. 3. Ex pacto Gentilitio, seu confraternitatis.

Cap. VIII. De modis retinenda & Probanda Jurisdictionis.

Cap. IX. De modis amittenda Jurisdictionis, ubi de Exemptione.

E R R A T A.

Ea, quæ plurima irreperunt, nonnulla Typographi, nonnulla amanuensis incuria, pleraque aut omnia mea excusabit absentia. Leviora & præsertim ea quæ contra Orthographiam sunt, tuæ committo Benivolentiæ & dexteritati. Fædiora (quæ quidem in festinata lectione animadvertere potui) si placet, sic corriges. Cap. 1. s. 2. n. 2. lin. fin. pro c. 3. lege. c. 2. d. Sect. 2. n. 3. lin. 4. leg. regionum n. 5. lin. 7. pro Est leg. & n. 5. lin. 13. convenientior, lege. convenientius. n. 7. l. 5. trapo. leg. tropo. n. 8. lin. 5. Fürstliche leg. Fürstliche.

G 2

num.



num. 10. lin. 1. lege l. 5. §. 1. n. 12. lin. 4. lege. all. l. 1. n. sect. 3. n. 2. l. 6. pro
leg. 5. l. bidem quas leg. quos. n. 5. l. 20. Sapho. leg. Sappho. n. 7. l. 3. leg.
Ecclesiastica. lin. 11. lege pro quibus caus. serv. c. 1. n. 3. lin. 7. lege: de Su-
blim. terr. tur. n. 6. l. 2. lege statuendo. Sect. 3. n. 1. 3. leg. exoriantur. n.
7. l. 6. lege. atrox. Quæstio. n. 18. l. 7. plebiscita. leg. plebiscita. l. 6. pro
Senato. leg. S. C. to. n. 20. lin. 6. diffideri. leg. diffiteri. Sect. 4. n. 1. quo
leg. quâ. n. 12. l. 8. prot. 3. leg. h. 3. de off. procons. n. 19. l. 2. cû. leg. quâm. d. 2.
l. 2. eadē lege eodē lin. 4. pro d. 4. leg. §. 4. n. 22. l. 2. lege. 2. §. 2. n. 25. lin. 4.
leg. arg. l. 2. n. 32. l. 3. Judicii. leg. Judicis. ibidem circumscripta. leg.
circumscripta. n. 34. l. 1. lege. omninò requiritur, ut n. 35. l. 5. leg.
d. l. 2. pr. n. 36. lin. 4. lege: actus legis per alium Expediri nequeant.
n. 39. l. 2. pro C. A. leg. C. h. t. n. 45. l. 5. leg. Locia. t. Sect. 5. n. 5. l. 4. ar-
bitrori. leg. arbitror. n. 6. l. pen. Corrige: ex accidenti deductam.
Dicitur & c. n. 9. leg. Aristot. 7. Topic. n. 14. l. 2. lege: quam ut primo
obutu animadvertatur. ibid. l. 4. Leg. Longoval: lin. 7. leg. Iurisdi-
ctio est. etiam iudicij & c. n. 18. l. 3. leg. §. p. v. p. l. 5. §. 6. n. 6. l. 5. sin vero leg.
si verum. n. 11. l. 7. constitit. leg. consistat. n. 13. fimea. leg. Simia. Cap.
3. n. 5. l. 3. im. leg. in C. 3. §. 1. n. 7. dele hæc verba: oder an jhr erie. n. 13. l.
5. leg. Bourbonii & Principis Condæ. n. 14. l. 9. dicit. leg. dici. C. 3.
§. 2. n. 4. l. ult. dele. de antiqua. n. 7. l. 8. ordinariū leg. ordinariam.
Sect. 3. n. 2. l. 8. loquitur. leg. loquimur. n. 6. l. 4. ostendendam leg.
ostendendum. n. 7. lin. 13. leg. Jura Saxonica. Sect. 4. n. 8. l. 2. Refortus.
leg. Refortus. n. 10. l. 10. leg. homicidium. Hoc & c. lin. 11. leg. de-
linquens l. 13. forsam. leg. forsan l. sin. suadet leg. suadeat. n. 13. lin. 8.
leg. fortassis. C. 3. §. 5. n. 4. lin. sin. precedens leg. procedens. n. 6. lin. 4.
Affirmativum. leg. Affirmativam. n. 14. lin. 2. leg. causa
fractæ Pacis.

F I N I S






(X225 7025)

V017







Farbkarte #13

B.I.G.

UNITATIS!
O INAV.
IS

4f.

19

1654 2.

TIONE

Disp. xvi.

tionum & Pote

store

ETO

LISSIMÆ, ET

acultatis, in cele

argentoratensium

te

, Honoribus, Privilegiis.

tibus

oni offert & submittit

KENIUS

fius

ul.

ORATI

EDELII, ACA-

GRAPHI.

C LIV.

28.

